

AVGVSTINI

STEVCHIA





Cim 6272 - 6274

G. IV. 31 a, b, c
d wycięte (Cim. 4376)

AVGVSTINI STEVCHI EVGVBINI
PRO RELIGIONE CHRISTIANA
ADVERSVS LVTERANOS,
QVO OPERE HAEC
CONTINENTVR.

St.

- Explicatio et Descriptio totius hæreseos.
- Causæ a quibus sit profecta.
- De unitate religionis ab uno capite.
- De duplici cultu, siue duplici religione, idest
interiore et exteriori.
- De his, ex quibus exterior constat religio.
- De cultu Dei ex hymnis et laudibus in eum.
- De cultu Dei ex confessione.
- De cultu Dei ex abstinentia, a voluptatibus.
- De cultu Dei per imagines.

Ex donatione R. & Jo. Wialicij S. T. post. Card. Crad.



Reuerendissimo. Dño. D. Alexandro Fern
nelio Episcopo Hostiensi, ac primo
Cardinali Augustinus Eugu
binus Can. R.
S. P. D.



Ogitanti mihi amplissime P. ac præteri
ra tempora cū nostris cōferentia pro
pe beata, hæc aut miserrima semper ui
deri solent. Nā ut omittā quantū oīum
Christianarum gentium mores deprauati sint, q̄ ue
tus pietas conciderit, quis sine lachrymis aut cogita
re/aut referre possit, quas clades hoc tempore omne
genus christianū sit perpeffum? Neq; uero ad lucū
tam mala corporis/quæ et ipsa maxima fuerunt/cō
mouent, q̄ animi/e quibus incommoda corporis so
leāt proficisci. In his primū habere locū facile credi
derim pestem Luteranā/quā qui diffinire uelit, non
alio modo diffiniat, q̄ contemptū pietatis / ruinam
atq; occalum/siue oppugnationem religionis. Hoc
enim in moribus ac uita multorū eā pestem sequen
tium animaduertimus, qui religionem nihil aliud
esse purant, q̄ ut Epicurus dicere solebat, iugū ac
molestiā humanæ uitæ. Itaq; hanc opinionem si q̄s
recte perpendat/oīum impietatum fontem inueniet
fuisse. In quo non tā præsentū scelerū/sed futuroꝝ
multo maiorū uis inlit. Venietq; dies nisi Deus opi

*Definitio Luterana
in Sarty*

Cum 6272-6274

tuleretur, cum superstructis huic ueluti fundamento,
multo grauioribus malis, omni pietate cultuq; diu-
no genus humanum remaneat destitutum. Heu igitur
tur sortem infandam nostrorum temporum / quan-
do et grauissimis bellis exagitati / pestilētia cōfecti,
obfessi fame fuimus, animi autem pessimis opinio-
nibus sunt corrupti. Quod eo quoque est acera-
bius / q̄ cum manifestam ante oculos ruinam habea-
mus / pauci ab erroribus resipiscant, nec superioris
uitæ cursum immutent / sed pertinaces hæreant eo-
dem / et quod dictu quoq; miserius est / addamus ad
priora mala semper aliquid / nec intelligamus hoc ip-
sum hærese et iuscitare arque alere. Cum nulla sit
alia earum destruendarum ratio / q̄ optimum ac ue-
re Christianum uitæ genus. In sacerdotibus uero si
pariter cum modestia / recōdita quoq; ac uetus esset
eruditio / hæc et aliæ huiuscemodi pestes facile pos-
sent aut minui / aut sopiri. Sed raro inuenias utrūq;
q̄ alii malis litteris, alii penitus nullis dediti sunt.
Atq; a principibus aiunt nonnulli hoc malum profici-
sci / q̄ eorum admodum pauci aut philosophentur /
aut faueant philosophiæ. Hincq; aiunt eos facilius
maledictis Luteranorum / aliorumq; paruissse / qui-
bus soleant inscitiam præcipue ac soccordiam obii-
cere. Quæ culpa tantum abest a te præsul amplissi-
me / ut magnam ante omnes laudem promerearis / q̄
et a pueris omni litterarum generi deditus fuisti, et

*Ratio de hærese
deus hærese*

*principes
in hærese*

ea tua est humanitas/ea pietas/ut unus oibus exem-
plo esse possis/quem imitentur multi/ assequantur
pauci. Scripsi igitur quædam non ex professo con-
tra Luterum/ sed contra eos qui aut eadem opinen-
tur/ quæ erille/ aut opinari possint. Neque uero om-
nia quibus hæresis illa cõstat complecti uoluimus/
q̃ non a deo sit necessarium propter magnam eorũ
qui eam redarguerunt multitudinem/ sed commu-
niora tantum/ et quæ ad omnes prope gentes perti-
neant attingimus. Neq; etiam me hoc opere/ quisq̃
puter uniuersam Germaniam uoluisse reprehende-
re/ in qua ut semper olim/ sic nunc optimi ac doctis-
simi florent Christiani/ sed eos tantum/ qui ibi nati-
dissimi miles bonis atq; maioribus suis esse uoluerunt.
Quod opus qualecunq; est tibi sapientissime Antis-
tes inscribitur/ ut meæ erga te pietatis sit perpetuũ
monimentum. Vale. *Anno domini 1528. ipsomet auctore
teste folio 74*

AVGVSTINI STEVCHI EVGV
BINI CANO. REGV. S. SALVA
TORIS ADVERSVS LVTE

ranos Liber Primus: quo prauitas
illius Hæreseos explicatur.



I quis omnium temporū casus, ex quo
condita est christiana religio, secū pru-
dēter perpenderit, omnemq; ab eius ori-
gine progressum, hæresesq;, atq; clades
que ex hæresibus acciderūt euoluerit, nihil accidisse
puerius, & ad destruendā ueritatē, ueramq; pietatē
accommodatius inuenier, ea hæresi quæ Luteri qui
dē appellari meruit, sed cuius nō ille solus author
fuerit. Sed quia is, et apertius, quam reliqui, et bar-
barica quadā immanitate percitus, eā suscepit, defen-
dit, et auxit, omnē sibi eius repertæ authoritatē usur-
pauit. Huius eo fuit crudelius, et efficacius dērimē-
tū, quo sub prætextu tollēdarū supstitionū quæ ad
Christianā religionē iam lōgo tempore adhæsisset,
tacita nullūq; de sua malignitate prebens indicium
irrepfit, quousq; lachrymosissimas, et funestissimas
animorū & corporū strages dedisse cognita ē. Neq;
enim animis solum attulit terribilissimā labē, sed infini-
ta propemodū homicidia ea tāq; sæuissima Erynni
conciatē, perpetrata sūt. Ex hac dissidia totius hu-
mani generis proruperunt bella quoq;, et urbiū, mul-
tarumq; gentiū excidia, & infinita sanguinis huma-
ni effusio. Adulteria, et fornicationes, sacrilegia, et in

A

*omni hæresi
Lutheri*

ADVERSUS LUTERANOS

cestus ueluti leuiora prætereo, nec cōmemoro quan-
tā omni lumini caliginē obtulerit, quam omnes le-
ges resciderit, quā deformatit formosissima, quā op-
tima reddiderit pessima, Et quos a superstitione se libe-
rare promiserat, quā omni religione spoliarit, et ad
extremam impietate protraxerit. Hoc enim habuit
ista fœdissima, et sine dubio pestilētissima factio, ut
que per totum orbē christianum famam uulgasset
purgāda a superstitione pietatis, fidemq; omnibus
hominibus fecerat id unū se agere, ut scelera, & uitia
corrigerent, emendarent prauitates, inescatū ea pro-
missione genus humanū, et a religione remoueret &
pessimis erroribus imbuerit, quod a nobis nō sine
multis lachrymis refertur. Iam enim p istos effectū
ē: ut Cristū credere crucifixū pene superstitio sit, neq;
tā sanctū sit quicq;, quod nō superstitionis labe pollu-
rum cēseat. Sicq; et fugata est religio, et impieta-
ti totus paruit locus. Neq; imperitissimorū est apud
eos quisq;, cui non ludibrio sit christiana religio, eā
potius superstitionem appellanti. Iamq; pistoribus,
agricolis, nautis, et omni hominum colluue in res su-
cras dictoria, et cauilla dictitantur, cōtemnuntur fa-
ma, altaria negliguntur, ritus, cærimonia, cōsuetudi-
nes omnia dicuntur. Tantaq; fuit authorum huius
hæreseos impietas, ut fœdissime, ac sceleratissime
exitium religionis mentiri non erubuerint, cum om-
nia dicunt quæstus gratia fuisse reperta, cum uetu-
statem subtrahunt, nouaq; esse mentiuntur. Et quo

LIB. PRIMVS.

non prouexit eos Erynnis? Quo furor non anima
 uit? Non uocauit audacia? Quid crudelitatis in eorū
 pectore ē derelictū, quod nō euouerint? Quē lace
 rādi, atq; maledicēdi locū intactum omiserūt? Quæ
 aræ, Qui foci, quæ sanctitas nō est eorū maledictis
 pfanata? Quas literas præterea tū sãctas, tū alienas
 nō euerterūt, quas in sua placita torquerentur? Vidi
 mus earū rerum exēpla nup in Italia, & quod eorū
 præceptores scribēdo fecissēt, factū esse re ab iperitis
 eius factionis, cognouimus. Vidimus inq; bestias sã
 guinarias, et quas uera pietas lēire quōdā potuerat,
 nunc erroribus imbutas, pristina pietate nudatas, ad
 priorem crudelitatem, & quidem maiorem reuerlas,
 omnibus feris seuiore, sed in rēpla præcipue, in reli
 gionem, in omnem, quam a deo, & a ueteribus acce
 pimus sãctitatem. Nec iniuria quidem, Vt enim pie
tate efficimur mites, atq; humani, omniq; morū bar
barie exuimur, Sic rapimur in contrarium ab impie
rate. Atq; eam omnium corruptorum dogmatum
naturam, uimq; fuisse scimus, quod qui ea fuissent
amplexi, in oē flagitiū breui prolapsi fuerint, suaq;
placita & armis, & facibus, ac saxis defensarint, &
qui cōtraria sentirent aggressi ferro uiolēter fuerint.
 Cum uera pietas contra, & ad mansuetudinem nos
 cohortet, & iubeat, si quis opinionibus nostris repu
 gnet, nullā propterea uim inferre, sed benigne, atq;
 humane, quæ ueritas sit exponere. Sed quid isto
 rum admiramur crudelitātē, cum in alia innumera

ADVERSUS LUTERANOS

flagitia hæresi concitate / deuenerint: Admirari de
 sinemus si Arrianorum / si Manichæorum, aliorūq;
 hæreses perspexerimus / quarū perditæ ac deplora
 tæ opiniones in eorum rebus gerendis cernebatur,
 q̄ eas sequeretur. Hæc igitur hæresis eo fuit omnib;
crudelior / & in omni genere calamitatū fecundior,
 quod, cum esset pestilentissima / nihil tamen indicii
 dedit in principio / sed christianorum principū: Pon
 tificum, Cardinalium, atq; Episcoporum, monacho
 rumq; errores / & peccata emendare pollicita / fecit se
 hac promissione probabilē / aperuitq; sibi omnium
 ad aures aditum, Nullum errorem / nullam impieta
 tem / nihil pestilens præsefererat, sed humanitatem,
 sed commiserationē, quod in tantis peccatis uersare
 mur omnes. Hæc pollicitatione allexit maxime im
peritos, omnemq; plebē / quippe quibus semper ifen
sa fuerit religio / & ecclesiasticorum peccata plurima
uiderent / & inuiderent eorum opibus. Itaq; nihil po
 tuit eorum auribus fieri gratius, quam si eorum dā
 nari uitā audirent / quos peccantes esse non ignora
 rent, & in eorum taxandis moribus, atq; accusandis
 delectabiliter uersarenē. Exosculati sunt omnes, tā
 demq; cœlitus uenisse ferebant / qui Christianorum
 uulnera curaret / rēpub. nostram in pristinum decorē
 restitueret / sublatis multis superstitiōibus / quas / aut
 hominū imperitia / aut quæstus auuiditas (ut ipsi præ
 dicabāt) attulisset. Hæc fuit prima huius hæreseos
 ostentatio. Illius igitur principes / siue sua imperitia

LIB. PRIMVS.

siue (quod est uerifimilius) sua impietate potius hanc
 professionem aggressi / ad mouerunt arbori securim, &
 ut (quod optabant consequerentur) / radices ipsas am-
 putare ceperunt / & qui lolium se purgatuos fuisset
 professi / triticum pariter euulserunt. Cœperunt autem
 a prioribus, quibus ueluti fundamentis reliqua nite-
 rent / primumque caput ipsum religionis petierunt: in
 quo ceterorum membrorum uigor / & robur continen-
 retur / Huc suæ nefariæ impugnationis arietem in-
 torserunt. Huc omnia Diaboli iacula, omnem ap-
 partum bellicum contulerunt / arbitrati si, possent il-
 lud prosternere / reliqua sine dubio ruitura, conserva-
 tuosque se ut deiecto pastore / omnis ad oues sibi / ceu
 lupis aditus pateret: impuneque grassari liceret. qua ex-
 pectatione ne frustrati quidem fuissent / nisi eorum profa-
 na mens cognita celeriter fuisset / & auxilium cæli
 rus attulisset deus. Itaque auctoritatem adimere ipsi
 capiti cœperunt / eam neque a deo perfectam ostendentes,
 neque confirmatam / et collaudatam ab imperatoribus
 omnem historiam corrumpentes, ac uiolentiſſime in
 suas opiniones nihil non trahentes / summouentes au-
 tem uel artificio se occultantes, quæ illorum prauita-
 ti aduersarentur: aut parum quadrarent. Neque satis
 certum est an commiseranda eorum in ea re impietas,
 uel stultitia potius ridenda sit, qui suos errores pro-
 babiles facere conati, ex causis, neque congruis / neque
 ulla parte uerifimilibus id fecerunt. Et posthabitis
 ueterrimis monumentis, sordidos quosdam, & reces-

*In regno religioſo
 prius / antea
 in heresi / in ueritate*

*Vnde 1702 / 1703
 Introitus.*

ADVERSUS LUTERANOS

res scriptores amplexi sint. Sed hæc postea. Post
 hunc conatū, ut cūq; illis successisset, reliquos ordi-
 nes aggressi sunt, ansam semp sumētes ex peccatis
 nostris, ut quia male diuinis institutis, & legibus ute-
 remur, probarent ex eo pessime leges sancitas fuisse,
 abolendumq; esse qcqd optimi, ac sanctissimi uiri
 condidissent: immo quod cōdidisset deus, quia nos
 prauē uiueremus, & parū quę fuisset professi, ad
 impleremus. In qua re licet eorū admirari crudelita-
 tē. Vt enim religionē euerterent, eāq; apud multitu-
 dinē infamē redderēt, quicqd delinquit apud mo-
 nachos, & religiosos, id in exemplum assumpserūt,
 & quod imitari, & barbarie illorum erat consenta-
 neū, maledictis etiā amplificauerūt. Nullū probrū,
Nullā calumniā omittentes, quā nō intorquerent.
 Experiūq; eorū mores sumus, qui ut in agendo cru-
 delissimi sunt & præcipiti furore ad cædes, ad incen-
 dia, leuissima de causa rapiunt. Sic scribendo crude-
 litatē, & sæuitiā, ac barbariē exercēt. O genus homi-
 num immane, omniq; humanitate, & pietate destitu-
 tum. Cur cum religiosæ uitæ infamiā producere co-
 narentur, cur inq; tot bona tacuerunt, quæ ex ea, &
 profecta sunt, & singulis diebus proficisci noscun-
 tur? Vbi enim ueris modestiæ, christianæq; uitæ
 forma remansit? Vbi uirtutes exercēt, ac uigent
 tantopet: iustitia scilicet, innocentia, modestia, casti-
 tas, creberrimæ orationes: assiduaq; ieiunia: quæ tã-
 to in pretio apud ueteres habebant? Obiicient mihi

unde ut / magis / nichil ex / ut

Cur Monachos / sustulerit Lutherus

Monasteria in / modo

scio, (qui est improborū mos) scelera paucorū, atq;
 ex his colligent totū genus esse profanum. Neq; ge-
 nus solum: uerū etiā ipsa instituta, ipsas leges, ipsam
 sanctitatem: quo quid detestabilius dici potest? Ac
 sicut apud barbaras nationes fit, ut cum quis pecca-
 uerit, in ultionem totam domum extinguat: ædes
 etiam incendant: sic etiam isti uenerabiles Germa-
 niæ præceptores, propter improbos aliquot, in fini-
 tum optimorum uirorum numerum sub eandē im-
 pietatis censuram barbarice traxerunt: eandemq; pe-
 tulantiam in omnes exercuerunt. In eos inquā, qui
 eis pietate, & omni uirtutum genere longe præsta-
 rent. At peccatur in his cœtibus. Quis neger? Vrinā
 que essemus ueterū illorū similes: aut ab eorū insti-
 tutis nō recessissemus potius, a quibus et nostra cul-
 pa plurimū absumus: & natura est quoq; compara-
 tum, ut omnia orta aliquando occidant: & legum
 obseruandarū feruor paulatim extinguat: & primi,
 atq; medii, & nouissimi maxime sint uirtutibus dissi-
 miles. Idq; est cōmune oīum humanarū rerū uitiū.
 Tam uita monachorū hoc passa est, quā tota in uni-
 uersum christiana respu. Oprimi quoq; cuiuscq; gen-
 tis mores eadem ratiōe imutati sunt. Sed num pro-
 pterea uera sunt quæ furibundi illi iactitant? pluri-
 mū abest. Suā potius barbariē, suā feritatē secuti/ ui-
 rus euomuerūt: dēres sāguinarios deuorādiq; auis-
 dissimos īfixerūt. Odiūq; qđ ex priuatis inimicitis
 cōtraxerāt, inhūanissime psecuti sūt. Et rādiu pdu-

*Mutato continue
 in 24. 6. 1. m. 1. 1. 1.*

ADVERSUS LUTERANOS

Equit, quandiu eius incendio illi conflagrarunt. Virā igitur monachorum aggressi, eam varia, ac multiplici perulantia dilacerarunt: In moribus: habitu: institutis. In moribus luxuriam, socordiā, ingluviē notabāt, in hac pessimis, & barbara crudelitate dignissimis cōrumeliis sunt inuecti nulla falsa, et improba calumnia prætermissa / quasi alieni ab his sceleribus ipsi essent. In habitu uero tantam uarietatem stomachati sunt. O sapientissimam gentē: & cui omnia tēpora sese accommodare debuerint: ut religionū reprores / qui uariis tēporibus nati sunt, perspicere quæ tã mōstrosis ingeniis quadrarent, debuerint. quasi in tanta tēporū, & inuentorum diuersitate / res aliter cadere potuerit / & religionis, ac pietatis christianæ ueritas inde pēdeat, aut offendatur aliquo modo ea uarietate. Nō hoc pietati attulit exitium, sed eorum propagādi nominis libido: eorū superbia, eorum iactātia, eorū infinita, & prodigiosa peruersitas. Hæc orbē christianū miserabiliter perturbauit, homines adeo diuulsit, & eos a se inuicem. Hæc fecit, ut tēplā; aræ, fociqueq; sancta etiā apud gentes habita sunt; non modo nō uenerationi fuerint, sed abominatio ni, quia ab his orbis terrarum impiis euerforibus superstiosa huiusmodi esse dicta sunt. Per omnes terrarum parres diabolica scripta miserunt, iactātes nihil ī his esse pietatis, sed superstitionem cuncta reperisse. Neq; minus deiecta: & pfanata sunt hæc his tēporibus, quam Iuliano apostata imperante: sed ex

uirtute 6
Lutheranos

uariis causis, uarioq; prætextu: illo apertè christianos
 execrante, his sub habitu christianorum, christianã
 pietatẽ euerrentibus. Eoq; facilius quã moliebant,
 perfecerunt/cũ post tot tantaq; sacrilegia multis ad
 huc sit persuasum, eos nõ esse malos. Hæc eorũ per
uerfitas fecit, ut infinitus pene illorum numerus qui
 suã castitatem deo uouissent, eamq; promissionem
 sacramento confirmassent, ab his hominibus persua
 si uel peruersi potius, ruptis uiolatisq; fœderibus in
 omnem incæstum proruperint. Videq; mirabiles or
 bis terrarũ præceptores: qui nunc uitã monachorũ
 uelut incæstam infamantes, ut omnes ab ea suscipiẽ
 da absterrent, nunc eorum castitatem impetentes:
 quasi iure seruare non possent, omnibus modis de
 disse operam coniuncti sunt/ut sanctissimum uitæ
 genus perfringeret. Ad hæc etiã laicos incēderunt,
 diuitias, eis: atque opulentiam ecclesiarum ostendẽ
 tes, erripiẽdasq; ex eorum manibus prædicãtes. Ex
 quo miserabiles tumultus, & cædes infinitæ, & pesti
 mæ discordiæ cõsecutę sunt. Id qđ eorũ præceptor
Diabolus oprabat ac sitiebat maxime: qui nostris se
 ditionibus ueluti suauissimo pabulo pascit, finemq;
 omniũ uotorũ, omniũ machinarũ: molitionũq; præ
 stituit: ut charitatẽ, & amicitias dissoluat, qđ ex eo
 cũctas miseras itelligit manare. Quã rẽ p istos præ
 ter omnes hæreticos cõsecutus est. Eadẽ ratione im
 perebant deo sacratas uirgines, eas ad matrimonia
 multis ratiõibus uocãtes/ quod neq; iure: neq; naru

*diabolus suauis
 uelut pabulum
 trinitatis uelut
 deus
 Charitatis
 uis.*

ADVERSUS LUTERANOS

raliter uirginitatē seruare possent. Iure quidē, quod ex ea re sterilitas cōsequeretur: quæ humano generi perniciem afferret. Naturaliter uero, qđ id fieret etiam repugnante natura: ideo summa cū difficultate, atq; id paucis daretur assequi. Ac corporis etiā ex eo morbi prouenirēt. Hæ ratiōes multis placuerūt, quippe quæ ad uoluptates, quas suapte natura qsq; appetit, uocabant. Ex eo & fœdera cum deo pacta multę ruperunt, & alię quæ permanfissent, pudoris & continētię habenas relaxarunt. Hæc diabolus p̄ istos adeptus est. Sed ut omnia inter se probe cōfiterēt, ac nusq; tartareę furia nō a Diabolo missę uideretur, factis quasi primis gradibus, & ad animos iā omni aditu impetrato, ad ea quæ proposuerant processerunt. Postq̄ enim abunde omnē, quo religio sustinet ordinē, tristi atq; abomniabili fama defœdasent, ad diuos ipsos ueniendū statuerunt, eos nō aperte quidē oblatrātes, Sed ita caute, ut neq; ipsi uiderentur impii, neq; maiestas illa tamē nō infringere. Primumq; ea diruere aggressi sunt, quæ aut deo cōciliāt homines, aut disiunctos reuocant in gratiā, orationes scilicet, ac p̄cēntentiā, quā p̄fessionē dicūt. Neq; ullæ tam duræ, & inhumanæ aures sūt, & audiēdis rebus iniquissimis tā attritæ, quæ nō abominaturæ, ac detestaturæ sint ea, quę ex illa tererrima hominū cloaca uerborū fœditas effundebat. Halitū pestilētissimū cū oratione pestilēti cōmistū, quo tāq; draco ille, homines furiosi deū in rebus suis appetebāt. Dii

Confessio & oratio

3
*Inuocatio
Sancto in*

*Oratio et p̄cēntia
quæ ad gratiā
reducunt*

imortales, quas cōtumelias. Quę probra in sanctos
 psalmos atq; hymnos: omnēq; orationē, quā a uerū
 stissimis accepimus iactarunt? Quam ea deriserunt?
 Quibus nominibus appellarunt? Quis audiēdo nō
 exhorreat? Confessionē uero quātis, quibus ue pro
 bris insecuri sunt? Immo quibus calumniis, atq; im
 piis mēdaciis? Animaduertite quāso uiri christiani
 furorem barbaricū. Oīum, quę uel a deo, uel ab ho
 minibus deo quamproximis instituta reperta sunt,
 nihil ad hominū salutē accommodatius, ad scelera
 expianda, eadēq; rursus non admittēda salutaris
 præcipi potuit, quā ut sacerdotibus modo p̄bis pec
 cata exponerētur. Ex quo & crimina expiantur, &
 nemo ē/qui nō summā utilitatē ex sacerdote repori
 tet/dum multis rationibus ad bene uiuendum indu
 citur. Scelerum quāta sit magnitudo edocetur, dū
 inter peccata quid intersit eruditur, & in his, quæ ne
 sciendo p̄petrarat, in posterū ne labatur, fit pruden
 tior. Quæ odia. Quę inimicitia nō deponūtur/cū
 eo uentū fuerit? Quis porro nō diligentius abstinere
 a peccatis, cū intelligit homini sua esse p̄denda pec
 cata? Quis ex ea confessione nō efficitur clemēti
 or, ad pietatē propēsiōr, ad eleemosynā, idest misericor
 diā effusior? Cui non accedit uitiorū maius odium?
 Maior in deū pietas? Procliuior, ac cōiunctior in ho
 minē charitas? Quot porro fuerūt, qui cū aliena in
 ualissēt, eaq; multis annis apud se defossa tenuissēt,
 reddere per confessionem coacti sint? Quantum au

Confessionis officium

Confessionis officium

ADVERSUS LVTERANOS

ri pondus singulis annis apud optimos sacerdotes
deponitur: quod clam restituant quibus fuisse sub
larū? At uero istæ furia, diabolicæq; Harpyæ, qua-
rum contractu tota est fædata religio, qui sanctitatē
omnibus modis uexarunt, turpissimeq; affecerunt:
quo astu, quibus technis, tam salutare institutū ho-
minibus adimere conati sunt? Primum negarunt ef-
se uetus institutum, & a priscis christianæ religio-
nis authoribus repertum, repertum autem superiori-
ribus annis. Nō fuisse præterea eius reperiendi ullā
honestā causam, sed auaritiā sacerdotum, qui retia
quasi ubiq; terēdissēt, quibus pecunias caperēt. Itaq;
per multis etiā, quæ dixissent ueri quamsimillima
uisa sunt, abiecerūtq; salutarem illā expiationē. Sic
illa orbis christiani porrēta omnia deuastabāt, pecto-
raq; religione uacua reddebant. Tu uero deus opti-
me, atq; maxime, cuius mens p̄ omnē, & priorem: et
posteriorē æternitatem porrigitur: qui tēpora, qui
mores, qui omnē & ueritatem & falsitatē optime no-
stri: Tu inq̄, huius sceleratæ hæreseos interitu, quæ ī
exitium tuæ religionis coniurauit, eorū impia male-
dicta: sæuasq; calumnias falsas ostēde. Et qui tuam
religionē tā inhumaniter acceperunt, tot insidiis cir-
circunuētā pene oppresserūt, qui hominibus christia-
nis impiissimæ falsitatis præceptores fuerunt; cōuer-
sa illa funesta clade, quam cæteris moliri sunt, in
eorum caput, doce num tu, tuique sacerdotes, avari-
tia impellente, instituta sanctissima condiderint.

Imperatio

Et qui Arrium digna suis flagitiis/ac mēdaciis morte multasti, sic ora nefanda mētita cœlitus ostende. Sed ad eorum prauitates reuertor. Id fuit clarissimum malignitatis eorum testimonium, cum sacerdotum auaritia repertam cōfessionem dixerunt, id quod paulo post addiderunt. Mox enim, et arbitrio ademerunt libertatem, & quod prius natura & deo docente liberum arbitrium uocabatur, ii cœperunt uocare seruum arbitrium. Ut ablata & benefacienti & peccādi libertate, ostenderent, neq; peccatorum p̄nas esse luendas, quia inuiti & contra arbitrium peccaremus, neque benefactorum fore ulla merita, quia nō de nostra uoluntate fluxissent. Atq; ita duplici ruina pietatem impetebāt/eius interitum sitientes semper. Scelus quoq; quod additū est fuit hære si uniuerſa cōsentaneum. Cum enim ex sacris libris, tum ueteris/nouiq; testamenti/tum sanctissimis scriptoribus, crebrā ī eorum hære sim testimonia depromerētur: imitari omnium hæreticorum prauitatem, alia uocarunt ī dubium an eorum essent/ quorū existimarētur/ alia etiam si ipsorum essent dicta sanctorum, nō multi se facere dicebāt. Poruisse siquidē, & illos/ sicut reliquos peccare. A maledictis quoq; ac cauillis in eos nō abhorrebāt/ rū sanctitati/ rū doctrinæ detrahentes, & luminibus christianæ Reipub. ut possent, caliginem offundentes. Vix enim estimari potest, qua insolentia, qua superbia intumuerunt, ut sibi aliquid homines tribuere preceperunt. qua cen

*Exil' substantiu
libertate arbitri
arbitri*

Libertu' arbitri

*Cur scriptura
uocatis in dubiu'*

ADVERSUS LUTERANOS

fura omnes taxabāt, quo fastu pōrificē, episcopos:
 omnesq; ordines icellēbāt. In cœlū etiā linguā suā
 ponere ausi sūt. Ex iis autē, quæ ī dubiū uocabātur
 fuit maxime Dionysius Areopagita, & Apocalypsis
 beati Ioānis. Quanq̄ nō eorū inuentū. Nā & apud
 græcos cūplures de Dionysio dubitarūt, respō sūq;
 est eorū maledictis. Apocalypsim quoq; refert Au-
 gustinus quosdam hæreticos Ioannis negasse. Sed
 hi, omnes hæreticorū sordes in lucē reuocare cōari
 sunt. Verū hoc loco hæresim explicamus, nō refelli-
 mus: ut sit omnib. euidētissimū: quas machinas ad
 euerrēdā religionē hi excogitarint, in cuius excidiū
 sine dubio cōiurasse cernūtur. Quicquid enim eā ī
 nixā sustineret, sunt latēter eruere conari: ut his deie-
 ctis, quibus uocabamur ad pietatē: ipsa quoq; pieras
 corrueret: & ex hominū memoria pelleret. Nō pelle-
 retur tantū: sed obliuione sēpiterna exstingueretur.
 Sed detestabilissimā tragædiā denudātes psequa-
 mur. Verū erat ad impietatis apicē & maius aliq̄uid
 erat audēdū, quo digno tāta cōiuratio sine claudes-
 rerur: in Eucharistia insolētes gladiatores christia-
 nos uehemēter falli asseruerūt: qđ panē illū corpus
 esse dominicū crederēt. Quid exhorruistis christia-
 ni quasi aliud quæsierit cæcus impiissimus, quā hoc
 ipsū: quā quicqd ī terris diuinū ē defædare, omneq;
 ad cœlū iter itercludere, salutē nobis cœlestē adime-
 re: et amorē illū: quo tāto ī genus humanū deflagra-
 uit deus: infructuosū, atq; sanē reddere. His igit̄ mi-

Transstantiatio

nistris diabolus usus: imo illorū cupiditatibus usus
 facinus omniū memoria s̄uissimū in genus huma
 nū molitus est: nō minus q̄ cū primis deceptis parē
 tibus, p̄ totū gēus calamitatē deduxit. Eorū inq̄ cu
 piditatib. ueluti ministris usus ē: quorū animos scie
 bar acerrimus hostis iaudita honoris, & famæ cupi
 ditate deflagrare. In sitā quoq; mēribus illis quādā
 crudelitatē: quæ facile irritata: ueluti rapidissimæ, be
 stie ad ultrionē cōuolarēt. Quāobré eos hac ratione
 instigare ē aggressus. Perpeffi fuerāt aliqd ab oībus
 prope ecclesiasticis. A sūmis quidē: quod ad eum
 quē se mereri putabāt: nō fuisset honorē prouecti.
 Atq; hinc exordiū execrādæ tragædiæ fecerunt: si
 mulātes nostris se peccatis cōmotos reprhēsionē cō
 scribere uoluisse. A maledictis autē: ut eorū erat na
 turæ cōsētaneū ichoarūt. Sed nō tā s̄uiebāt ī prin
 cipio. cū uero ī iis ipsis quæ iactassēt priuatim ac pu
 blice ab ecclesiasticis argui cœpissēt: tūc tūc acerbis
 sime irritati, cruētarū more beluarū proruerunt, ac
 unūquenque obuium dēribus arripientes crudeli
 ter disceperunt. atq; sub hoc īpetu rota tragædia
 peragebatur. erat quoq; eruditionis suæ illis maxi
 ma opinio, qua se præ ceteris plurimum ualere per
 suadebāt. gloriā quoq; apud oēs affectantes, sunt
 autem gloriæ presertim de literis auidissimi, omnia
 ea susceperunt, e quibus nominis, atque famæ plu
 rimū possent adipisci. Tribus igitur malis irritati,
 hāresim cōdere sunt aggressi. In sita illorū animis:

*In rito magna diaboli
 altitudo et adfert calamita
 tem genus humano.*

*Efficiens causa
 Librarius huius*

Na. S. u. u. u. u.

*Tas causa Libr
 huius*

ADVERSUS LUTERANOS

crudelitate, Affectatæ gloriæ, repulsa: eruditionis
suæ ostendendæ incredibili cupiditate. Neq; enim
a deo uerum est ex peccatis totius ecclesiæ hæc hære-
sim esse suscitaram. Nam, & superioribus annis ea-
dem uiguerunt peccata, atq; uitia, et hi si uoluissent dili-
genter attendere, non erat cur tam crudeliter incesse-
rent omnes. Scire quoq; debuerant: in ecclesia, si ma-
li episcopi, & cardinales inuenirentur, inueniri etiam
bonos, literarū, ac probitatis studiosissimos: in pau-
peres maxime misericordes: omnis iustitiæ: atq;
æquitatis amantissimos: quorum quamplurimi: &
omnibus noti sunt: & alii inueniuntur: quorum ob-
scurior sit fama. Verum: ut hanc partem penitus nō
defendimus: & paucos uere dici posse christiāos pu-
ramus: sic detestamur eorum immanitatem, qui om-
nes ordines, ferinis & hæreticis uocibus allatarunt;
uocibus inquam: quæ uiam ad euertendum mun-
dum affectabant. Fuit quidem ista simulatio: quod
nostris improbitatibus indignarentur: uerum euen-
tus sceleratissimas mentes enundauit. Quid enim at-
tinebat religionis: nunc unā: nunc alteram radicem
succidere: si castigandi mundi prouinciam susce-
pissent? An prius euertendum esse statuerunt: ut eorū
sanctitate dehinc restitueretur? Qua porro fratri pie-
tate tantum ausi sunt facinus? Quid rādem in ipsis
erat, quo ad tantā rem excitarentur? An nō sola bar-
baries: sola sitis ampliandi nominis: et præsumpra-
iam in omnes maledicendi consuetudo: et (ut ex-
pressius

*Non ex peccatis eccle-
siæ Lutera. hæresis*

X

pressius dicatur) illarum mentium impietas dome-
 stica ad scelus amplexandum impulit? Quæ natio
 fuit audacior unquam & quæ de suis uiribus maiorem
 opinionem ac spem concepisset? per plebem incede-
 bant execrabiles præceptores, superbiam ac iactan-
 tiam & feritatem anhelantes, pessimos de tota reli-
 gione rumores spargentes: uitia, ac peccata ecclesia-
 sticorum detonantes. Emerunt apud uulgus impe-
 ritum probitatis opinionem, quod tam acriter uitia ob-
 iurgare uiderentur. O miseram igitur Germaniam quæ
 ad furorem, ad amentiam se uocari non cognosceret,
 quam exitus comprobauit. In quo totius a princi-
 pio in finem usque fraudis, atque improbitatis imago se se
 monstrauit, & digno exitu nefanda tragœdia con-
 clusa est. Hanc igitur tam uastam heresim, uel potius
 tyrannidem, quæ religionem, superstitionem uocauit,
 quæ probos ad improbitatem, pios ad impietatem
 traxit, ad intemperantiam modestos, quæ omne genus
 sanctitatis in honestissimis nominibus defœdauit,
 quæ castitatem, quæ orationes, quæ ieiunia detestata
 est, quæ quicquid fuit sancti hominibus, uel eripuit,
 uel eripere conata est, quæ facilitatem omnibus sce-
 leribus præbuit, quæ peccantibus maiora sua sit, eisque
 recipiendi sese, ac pœnitendi copiam substraxit, quæ
 pronum in illicita semper populum, ruptis religionis uin-
 culis, ablato pietatis timore propensiorē ad peccan-
 dum reddidit: quæ res infames laudauit, laudabiles au-
 tem uituperauit: quæ pessime cum de toto, orbe christi-

*Effectus Lutera-
 niæ heresim.*

ADVERSUS LUTERANOS

stiano/rū de sua Germania: quæ olim optimos ede-
 bat christianos: merita est: quæ infiniti mali christia-
 nis fuit causa. Ex qua: bella: cædes: discordiæ: om-
 nis in deum: & in res diuinas contemptus processit:
 quæ crudelissime uiros optimos apud plebem dila-
 cerauit: non lacerauit tantum: sed seuiissime in illos
 accendit: ob quam infinitus sanctissimorum uiro-
 rum numerus neci datus est: hanc inquã'rã nefan-
 dam: tam luce indignam hæresim quis non auersa-
 bitur? non refugiet? quis omnium scelerum uora-
 ginem: flagitiorum omnium colluuiem non asper-
 nabitur? quæ uoces in ea confutanda: reprobandaq;
 tacere poterunt? quæ manus erit tam impia: quæ la-
 pidem: quæ telum in hostem generis humani: ini-
 micam diuinitatis non coniciat? Bonorum uiro-
 rum uituperatricem: imo dei contemptricem, ac bla-
 sphemam? Cui unum fuit studium disiungendi a
 mutua charitate populi christiani, & quod crude-
 lius est ab amicitia diuina remouendi. Hanc igitur
 pestem nostris temporibus ortam, ne sine omni mis-
 seriarum genere essemus: quando & bella, & fames,
 & pestilentia fuere. Ea; acciderūt, quæ uix ulla ma-
 iorum nostrorum memoria accidisse noscūtur, hãc
 inquam ex omnibus porrētis conflata bestiam ui-
 dimus: uastamq; in populo christiano stragem edi-
 disse, cognouimus. Amouerat enim ex animis oēm
 pietatem, ac religionem, latissimamq; ad peccādum
 uiam aperuerat, eoq; maximam populi partem sibi

conciliarat. Nam castitatem / ac ieiunia / quæ solent
 mortalibus uideri grauissima subtraxerat. Confitē
 di quoq; sua scelera / quod & ipsum ad non peccan-
 dum / quasi repagines / atq; obices erant / præceptum
 damnauerat. Omnes sacerdotes inuisos populo red-
 diderat / aliaq; innumera erant dedecora / quæ corpus
 infandi monstri perficerent. Scripserunt igitur con-
 tra exitialem hæresim ex omni genere complures /
 alii aliã eius partē amplexi. Quidã èt in uniuersam.
 Horũq; alii & docti & eloquētes / quidã utraq; carē
 res facultate. Horũq; maximus numerus. Siquidem
 hoc negotiũ proprie monachorũ uidebat̃ esse / qui
 neque eloquentiã multifaciũt / & eruditionis præfer-
 tim ueteris penitus sunt expertes. Linguarũ nullam
 tenent peritiã / græcæ præsertim / qua maxime gloria-
 tur Luterus ac sequaces. Itaq; cum hostibus / qui &
 eloquēdi uim hērent / & qui uaria rerũ / & linguarũ
 cognitiōe iuuarent̃ / cōgressi / cū ineptissime in refel-
 lēdo se habuisse uiderent̃ / errorē plerisq; addiderũt /
 ut Luteri dogmata refelli nō posse putarēt. Cū alio
 qui essent ad cōfurandũ maxime exposita / & præter
 sũmã / & apertã impietate essent adeo puerilia / nullaq;
 prudētia cōscripta / ut manichæorũ / ophianorumq;
 monstra essent pene credibilia. Sed quoniã acumi-
 ne quodã dicebant̃ / & oĩa ea uidebant̃ tollere / quæ
 grauiasunt hoĩbus / & quia ad uoluptates inuitarēt
 quas libenter omnes amplectimur / abundare ratio-
 nibus / superioresq; in demonstrando Luterani crede

*Monachorum
imperia*

*Imperitis cum
Lutheris non
diffutandum.*

AD VERSVS LVTERANOS

banť. Adde qđ ex moribus prauē uiuētiū religionē delere conabantur; quæ ratio non mediocriter ualebat apud imperitos. Si quid enim uerbi causa in cōfessione pessimus quis sacerdos grauiter peccasset; mox exposito apud plebem facinore, confessionē uri rem pestilentem esse tollendam prædicabant, & ab omnibus acclamabatur. Si quis etiam romanus Pontifex auare agere uideretur, non iam priuatā personam, sed in sacrosanctam seorsum inuehebantur, illius auctoritatem sitientes opprimere. Atq; hac ratione, optimi, ac sanctissimi Pōrifices, & qui fuissent, & qui futuri essent, barbarico furori subiiciebantur. Episcopoz quoq; ac monachorū criminandoz eadem rō: in exēplū perditoz quorūdam uita pducebāt; duoq; ex his pestilentissimæ mēris suę mala illi colligebāt: tum qđ in omnes exemplum accomodabant: tum qđ ipse ordo: ipse gradus: ac sanctissimus magistratus infringebatur. Vili autem plebecula quid stultius? quid mobilius? Assentiebant igitur; suorumq; præceptorum sapientiam laudabant. Illi laudibus allecti, atq; incensi maiora in dies moliebātur. Quicquid truculentissimæ bestię, & sanguinis humani nunq̄ saturæ scriberent, totum in uituperādo Romano Pontifice, in lacerandis Episcopis, in dehonestanda monachorum uita uersabatur, in appellanda religione christiana superstitione, in uituperandis aris, ac templis, nunq̄ ab hoc genere seuisissimi gladiatores cessabant. Illaq; truculentia, quam

illi genti tribuunt scriptores, nusquam non apparebat, ut uiderentur perpetua quadam rabie conflictari, nullasque litteras his suis maledictis non conspurcarunt. Ac mihi quidem uidentur illi optime intellexisse; qui litteras in animo pessimis opinionibus imbuto, esse quasi gladium in manu furiosi dixerunt. Quid uero distat a furore, detestabilis eorum crudelitas, qui philosophia, & litteris, quibus ad excolendam humanitatem, & ferocitatem, quæ ex cœli rigore contrahitur, mitigandam, uti debebant, ad lacerandos omnes homines, profligandamque omnem pietatem sunt abusi? O rem crudelitate barbaricam, scelere inauditam, grauitate inusitatam. Quam utilius & ad salutem suæ patriæ, & ad uniuersam religionem christianam fuisset: si nullas unquam litteras tenuissent, & a religione nullam rerum diuinarum cognitionem accepissent, quandoquidem ad omniū exitiū quales quales sint, eis utuntur. Sed finem tandem questibus faciamus, ac secundū librum, quem institui mus aggrediamur.

Libri primi finis

B iii

Lex furiosi gladii

Incipit Liber secundus de Vnitate religionis
christianæ, quæ ex uno capite, unaq;
sede Romana pendeat.

Vteranæ igitur hæreseos, cū multa sunt
râquã unius Hydræ capita, tū unū ē uel
maxime cœteris facundius, a quo reli-
quorum sine dubio origo manauit errorum. Vnū ē
enim ut Cyprianus ait totius Ecclesiæ caput ī terris,
representans eum qui caput est cœlestis Ecclesiæ.
Hoc igitur qui tollit, innumerabilibus aditum aper-
rit erroribus. Omne dissidium, omnem discordiam
inuehit, Serit quoddam per omnium mentes contra-
gium. Iacit fundamenta omnium hæreseon. Nam
factiones quæ græcè hæreses appellantur, tunc oriū-
tur, cum sublata est ea, quæ ab uno capite pende-
bat unitas. Tunc tunc membra inter se dissident, Tunc
audacissimus & arrogantissimus quisq; omnia au-
det cominisci. Fanda & nefanda in populos pro fun-
dit. Ipsæ quoq; factiones Hæreticorum inter se di-
gladantur, dum quisq; propriæ fauet gloriæ. Dū
suum nomen cupit fieri celebrius. Hæc tum ex
memoria præteritarum & ueterum Hæreseon sunt
manifesta, tum ex his quæ hac tempestate acciderūt.
Cum pessimus quisque uiruperata prius & apud po-
pulos producta Romanæ sedis unde pender unitas
autoritate, nefarios passim errores disseminarunt.
Hæreticorūq; ab eis examina emerferūt. Miserosq;

*Papā impugnare
quoniam mali adferat.*

populos in diuersos errores impulerunt. Omnibus autem sceleribus, tanq̄ fundamentum ac basis subiebaratur capitis Ecclesiæ eiection ac reprobatio. Id quod & alios complures Hæreticos fecisse est notissimum. Vnitas igitur hæc, cū generatim omnibus in rebus est: r̄u uero in his, quæ uel natura constant, uel cœlitus institūtur. Vt ubi maior ē ordo, maiusq; consilium, id quoq; sit maius, quod æquitatem parit atq; ordinē. Igitur Luteranorū Hæresis præter omnes impietates, quas inuexit in orbē Christianū, in primis unitatē, religionis Christianæ tollere conata est. Idq; non modo Barbarico quodam furore, & natiua quadā immanitate correpti fecerūt, sed fastu etiā & arrogātia, qua sibi scientiā sacrarū & profanarū literarū ante omnes tribuebant. Per quā sibi omnia licere, & nec tam mortales, q̄ ipsos superos ab se appeti posse putauerunt. Cumq; & scientia essent imperiti, & insitam haberent propagandæ famæ cupiditatem, ea dixerunt, quæ ne infantissimi quidem dixissent in producendis autem ex sacris scripturis, testimonis, mirabilis apparuit eorū peruersitas, quod cum infinita ex altera parte starent contra opiniones eorum testimonia, ea uel deprauarunt, uel siluerunt uel ne ab ullis legerentur, operam dederunt. Lucem atq; aspectum ueritati eripientes, ne cognita eorum dogmata nefaria corruerēt, & impietatem ac mendacia genus humanum docuissent uiderētur. Quædam uero, eo furore, ea quam dixi propagandæ laudis

*Luteranorū impietatis
religionis tollere conat*

*Verfalia Luteranorū
contra Iosephos*

ADVERSVS LVTERANOS

cupiditate, sic effuderunt, ut postea turpissimæ falsi-
firaris conuicti, reuocare se ipsos sine maximo dede-
core non poruerint. Consultiusq; sibi esse duxerūt,
si quæ scripserunt pertinaciter potius defenderent,
quam recantarent. Huiusq; generis malorū omnes
eorum libri pleni sunt, quos nefariis illis suis opinio-
nibus refererunt. Posteq; hoc loco, multa id genus
proferre, quæ primo cogitationum suarum calore il-
li euouerint, neq; uanis scriptoribus cōsultis, neq;
consulta ipsa ueritate, sed ab Hæresi in omnem insa-
niam raptati. Incredible si quidem est, quam iacta-
bundum sit illud genus, ubi se gloriæ aliquid ad-
ipisci posse arbitrantur. Neq; retinent imperum cum
succurrit aliquid, maxime cum se uera dicturos exi-
stimant. Hanc gloriam præter modum affectant in
litteris. Ut quoniam res per se gloriosa est, & magni-
fica, & quia Barbari uocati atque habiti prius sunt,
alterum acquirerent philosophando, alterum pro-
pulsarent. Honore uidelicet adepto, dedecore deiec-
to. Vnaq; ea re se barbaros a scriptoribus uocatos ar-
bitrantur, quod imperiti literarum essent, cum tamē
non ad literas illi, sed mores potius respicerent. Vbi
igitur literas attigisse cæperūt, mirabili sunt omnes
ardore accensi ad scribendum, repleueruntq; cōscri-
ptioribus orbem uniuersum, cum ad editionem pro-
pere cōuolarent, alterq; alterum præcurreret. Et bar-
bariē quidem linguæ fortasse deterferūt, sed pecto-
ris Barbariē nō deposuerunt. Nam quod olim im

*Ne reuocet Luterus
falsa et erronea
quid facit.*

petu corporis atq; armis faciebant, ruentes scilicet ac sine ulla humanitate uiuentes, ob quod Barbari uocabantur, hoc faciunt nunc scribendo. Raroq; eorum ~~eorum~~ scripta uideas, non suam gentem, suosque scriptores redolentia. Susceptis igitur literarū studiis, duæ affectiones, in illis hominibus inter se commistæ sunt, feritas illa pristina; & opinio adeptæ sapientiæ. Additumq; feris ingeniū est. ex hisq; duobus effectibus, iactantiam & crudelitatem pepererunt. Ex quo non tam ecclesiam, fæditissimis & barbarie sua dignissimas contumeliis affecerunt, sed in alios etiam scriptores inuecti sunt. Vna ea re quod oprabāt maxime, gratiā se & famā eruditio nis adipisci apud omnes arbitrantur. Ex eadem etiā causa profectum: ut huiusce temporibus, antea inauditum, censurā grauissimā arripientes, & quasi homines essent cœlitus missi, omni sanctitate, ac pietate condecorati, casti, continentes, sobrii, non ebriosi, non ingluuie; & luxui dediti, disputare de religione cœperint. Eam omnem castigare, & renouare, uetera instituta abolere, abolere cœrimonias conati fuerint. Quicquid scriptum sancitumq; a maximis sanctitate & eruditione uiris esset, uilissimo loco habuerint. Nullus gradus, nullæ leges, nulla instituta, nulla sanctitas, nulli nō homines illis displicuerint. Antiquissimorum, celeberrimorumq; scriptorum autoritatē nihili facientes, suā illis autoritatem præferri maluerint. Vt siquid diuini illi ac cœlestes

*neglectis scriptis
sacri*

ADVERSUS LUTERANOS

uiri dixissent, & in oppositum starent. hi meliores, illorum repudiare, suam comprobare sententiã oprarint. Vt relicta tota uetustate, reiectis antiquissimis monumentis, contempta ab Apostolis usq; , omni scriptorũ celebritate, unis istis fidem habeat genus humanum. Nihil sit antiquioribus credendum, si cõtra persuadeamur ab istis. Nulli standum, Nihil asserendum, nisi sit horum autoritate comprobaturum. Imo neq; hac uel illa lege uiuendum: non philosophandum, nulla religio suscipienda nulla: instituta, nullæ leges, nisi illorum cœlesti sapientia cõsulta. Nam rãquam cœli & terræ momi exorti sunt. Omnium sunt contemptores ac derisores, sed præcipue sacrarum rerũ, & quicquid habeat ullam religionis speciem. Omnibus detrahunt, omnibus maledicunt, calumniantur omnia, uexant, ac proscindunt. Ingenium enim sibi & sapientiam ante omnes tribuunt, ut nullam opinionum suarum falsam esse posse putent. Aiunt tyberin liquisse Romam, Athenas Mineruam; & ad sese conuolasse. Italiam, ingeniũ, sapientiam, eloquentiam, amisisse, se solos infusæ cœlitus sapientiæ patuisse. Cœteros esse tanquam humi reptantes pecudes. Religionem esse superstitionem, Omnes magnis & infinitis erroribus detineri. Hæc igitur tanta præsumptio, tam inaudita ubique terrarum audacia ex eo processit, quod genti per se prius iactabundæ & gloriosæ,

*Germani gens
iactabunda et
gloriosa.*

additum sit id, ex quo nasci posset maior iactantia. Cumque sint admodum pauci, qui ob eruditionem; & scientiam non inflentur, quem tandem hunc affectum in eis futurum credimus, qui sint natura insolentiores: quare nemini mirum uideri quod tanta sit illorum ingeniorum procacitas, cum omnium bonorum uirorum, bonarumque rerum contemptu. Est autem risu dignissimum, quod frigidi & tardi a stupidis uocemur, quod caritatē nos doceant, & modestiam in nobis christianā desyderēt, qui seditionū pessimarum autores fuissent, quod luxus, intemperantiae & gulae, Episcopos & monachos arguant qui omni modestiae nuntio remisso, in ea uitia ruant precipites. quod monachi, uentres & ingluuiosi ab edacissimis & ebriosissimis uocentur. Quod reiiciantur, antiquissima instituta, ueterrimae leges aboleantur sanctissimi scriptores a despiciatissimis quibusdā sordidissimisq; hominibus, & qui precario gloriam apud plebem medicarent, ex autorentur: quibus nullae uirutes eam audaciam iniicere potuissent. Tanta uero fuit ostentationis libido, ut perspicere non potuerint, fore ut omnibus gentibus Christianorum, essent derisui: ac solis uulgaribus quae dicerent fore probabilia? Sed rapiebat eos transuersos aestus gloriae, ac nominis comparandi, & domestica illa feritas, & odium quo deferuebant in religionem.

AD VERSVS LVTERANOS

Quis potest resistere bonitati uirtu

A diuini quoque sunt culparum nostrarum multitudi-
ne, quæ ordinem premunt Ecclesiasticum. Quas ta-
men non erat cur illi tam perulenter repræderet, quos
nulla sanctitas in taxandis uitiis alienis, audaces posi-
set efficere. Sed qui sibi suorum criminum essent cõ-
scii, aut a mordendis aliis abstinere penitus debuerat,
aut humaniores esse in reprehendo, aut sine impie-
tate erat id faciendum, ut uitiis castigatis, religio de-
fenderetur, non eadem cum illis plaga feriretur.
Quod summæ improbitatis eorum fuit testimoni-
um. Nos igitur exposituri causam cur quidam Germa-
ni hoc tempore sedis Romanæ dignitatē & principa-
tum, cui rotus terrarum orbis a Deo & uetustissimis
imperatoribus subiectus est rollere conati fuerint, &
in defensionem huius impietatis quid aggressi fue-
rint, exitium scilicet & euerisionem totius religionis,
hæc diximus. Aliam quoque causam non minus
fortasse ueram proferemus.

Epilogus.

Si quis enim secum reputauerit, cur præter omnes
christianas nationes, nõ solum nunc sed sæpe alias
solæ illæ nationes dissidium cum Ecclesia fecerint,
ac tam crudeli odio in eam accensi fuerint, & errorē
præceptores eorum defendentes, omnes propemo-
dum scripturas extorserint, eam quoque causam in-
ueniet fuisse. Vt enim Germani præter omnes ex-
teras nationes, ægre ac summis cum difficultati-
bus olim sub imperio Romano continebantur,
iniquissimo ferentes animo, ut qui sibi fortitu-

1 causa lactatia

*Germani semper
reuerentabat Ro:
imperio*

LIB. SECVNDVS. 15

dinem ante omnes gentes tribuerēt, & corporis atq;
animi uiribus se cæteris præstare cognoscerent, alio
rum iugo premerentur, & non ipsi potius eorum do
mini essent, maxime cum sibi bellicam gloriam uen
dicarent, & assueti prius essent cuidam uage liberra
ri, sic postq̄ imperii sedes ad eos translata est, quæ
esset ante Romanorum, etiam eam dignitatem sem
per inuidisse Romanis & Italis cogniti sunt, quæ &
omniū esset maxima, & omnia terrestria, etiã ipsum
terrenum imperium esset illi subiectum. Quod nos
& a Deo, & ab ipsis etiam imperatoribus institutum
paulopost ostēdemus. Quæ quia eorum neq; esset,
neq; iure esse posset, eam & reiecerunt, & uituperare
& infringere atq; iminuere nunq̄ destiterūt. Ideoq;
non tam hoc tempore q̄ olim, sæpe ab ipsa Ecclesia
defecerunt. Neq; enim noui quicq̄ attulere Luterani,
sed partim uerustas, partim recentes hereses susci
tarunt. Sed hæc eo fortasse sunt nunc pestilentiora,
quod litteris & doctrinis adiuuantur. Sic & dissidiū
istud, hoc omnium præteritorum sit fortasse pessis
mū, q̄ diserte & adhibitis scripturis licet perperam
interpretatis confirmatur. Fuisse uero illis dissidia
cum Romana Ecclesia, & quidem maxima, maxi
meq; diuturna, multa docent testimonia, quorum
cæteris prætermittis, unum tantum proferemus. Ido
neum certe ad rem ostendendam, & dignum, quod
ab omnibus Christianis obseruetur, ut cognoscant ui
tio ipsius gēnis esse factum, ut sese ab Ecclesia disso

Quid ad hæreses
suspiratas aduincat
vult Lutherani.

ADVERSUS LVTERANOS

ciarent, non uitio religionis sicut ipsi calumniatur, aut eorum qui religionem administrant. Hoc autem eo maxime citare uoluimus, quod uideatur horum temporum imaginem representare. Iuo sanctissimus ac doctissimus ut ea tempora ferebant, Ecclesiam Carnotensem quae est in Gallis, Episcopus, cum ad paschalem secundum summum Pontificem scriberet, haec ait. Domino & patri suo paschali summo pontifici Iuo humilis, Carnotensis Ecclesiae minister, filialis obedientiae famulatum. Nouit uestra paternitas, quia regnum francorum, praeter ceteris regnis Dei, sedi Apostolicae semper fuit obnoxium. Idcirco quantum ad ipsas regias personas pertinuit, nulla diuisio fuit inter regnum & summum sacerdotium, quod ergo hacrenus cum pace & utilitate ecclesiae obseruatum est, humiliter petimus ut de cetero obseruetur, et regni francorum pax & summi sacerdotii, nulla surreptione dissoluatur. Quod idcirco praelibauimus, quia audiuius clericos Tornacenses ad Apostolicam sedem uenisse se petituros, ut Apostolica preceptione proprium possint habere Episcopum, & Nouionensis Ecclesiae frustrari priuilegium, quod ne fiat sicut filii & fideles & rogamus & consulimus. Ut statum Ecclesiarum, qui quadringentis fere annis durauit, incoccussum manere concedatis. Ne hac occasione schisma quod est in Germanico regno aduersus sedem Apostolicam, in Galliarum regno susciteris. Et quae secuntur in libro suarum epistolarum quae est in bibliotheca doctissimi ac summi uiri. D. D. Dni

ci Grimani cardinalis, quã post eius obitũ, ad christi-
 stianæ religionis decus, & utilitatẽ studiosorũ, Mari-
 nus, eius ex fratre nepos & ipse cardinalis, litterarũ
 patronus, Venetiis in nro cænobio sc̃ti Antonii ere-
 xit. Audistis igit̃ schisma Germanorũ id t̃pis aduer-
 sus Ecclesiã? Fluxere ab eo t̃pe quadringenti duo, an-
 ni. Ex quo apparet, Germanos q̃ ea t̃pestate, qua
 religio christiana erat incolumior, & Ecclesia maio-
 ri erat ueneratiõĩ, rebelles fuerunt, scissurãq; fecerũt,
 facilius id eos ausuros fuisse hac t̃pestate, non tam
 q̃ peccata in Ecclesia creuerũt, q̃ q̃ ab omni pietate
 & ueneratiõẽ paulatim recediũt, & quia sunt nũc eru-
 ditiores. Hunc enĩ fructũ ex l̃ris consecuti sunt, ut
 eas in exitiũ religionis didicisse uideant̃. Q̃ ð nõ de
 oĩbus dico. q̃d igit̃ eos facturos cõtra pietatẽ, cõtra
 diuinas leges par erat, qui in ipsa prope recenti con-
 uersione calcitrabãt? Simul uero in hac epistola quẽ
 uerustissima est, obserua regnũ Francorũ & cætera
 regna appellari regna Dei, eaq; omnia summo sa-
sunt eiusdem prope generis, cuius et superiora. ubi que eandem confirmat sententiam, de Petri principatu, et de tradito eius custodiae orbe terrarum. sequitur uero ubi in Euangelio dicitur, *καὶ τοῦτο εἶπὼν, λέγει αὐτῷ ἀκολούθει μοι.* idest. Et cum hoc dixisset, ait illi, sequere me. Theophylactus, *ἐνεχείρισε μὲν τῷ πέτρῳ τὴν πάντων τῶν πεισθέντων προσεσσιάν. εἰ γὰρ καὶ τῶν ἱεροσολύμων ἰάκωβος τὸν θρόνον ἔλαβεν, ἀλλὰ πῆρος τῆς οἴκου μένης τῆς ἀπάσης,* hoc est. Tradidit quidem Petro, omnium credentium custodiam. Etenim Iacobus sedem Hierosolimitanam accepit, at Petrus sedem totius orbis terrarum, hæc Theophylactus. Quantum erat hoc testimonium, ad profligandam, dissipandamque illorum hæresim, impietatemque conuincendam, qui Romanum Pontificem tot contumeliis appetiuerunt, in cuius Cathedra bestiam et abhominacionem sedere dixerunt. Ecce uoce sanctorum, immo ipsorum hæreticorum uoce, quandoquidem hæc occultare noluerunt, quæ in manifestam hæreseos suæ perniciem tenderent, ecce inquam ueritas innotuit, patet ab eorum prauitate esse profectum, non a ratione, ut hoc tempore tantum facinus audeant. Eadem autem hæc habentur pene ad uerbum apud Chrysostomum, super Ioannem, cuius quasi abbreviator fuit Theophylactus. Addit uero Theophylactus *δευρο φησὶ παραλαβε τὰ πρόβατα, εἰς τὴν οἴκου μένην ἔξελε, ἀκολούθει μοι ἐξάγοντί σε πρὸς κηρύγμα, καὶ τὴν οἴκου μένην ἀπάσαν ἐγχέριζοντι.* idest. Suscipe oues, in

*Theophylactus abbe
macten Chrysostomi.*

orbem terrarum egredere, sequere me inquit deducentem te ad predicationem, et tradentē in tuas manus orbē uniuersum. Et alia q̄ apud ipsum sequuntur. Hæc igitur sunt, quæ Oecolampadius ex contextu Theophylacti subtraxerat. Apparet ex qua causa id fecerit. Nihil his testimoniis pōt dici, aut efficacius, aut apertius. Reuocabunt forsan sententiam, cum uiderint tot clarissimos, ac uetustissimos uiros, eorum hæresi penitus aduersari. Plura enim inconsiderate et in scite, sua s̄q̄ potius opiniones secuti, q̄ diligenti meditatione adhibita protulerunt, et si dissidium illud, cuius supra meminimus quod Germani contra Romanam sedem contraxerant, aliquando extinctum est, sic puto indies, p̄pter crebra et assidua litterarū studia tantam opinionum prauitatem esse depellendam. Quoniā uero Theophylactus, ut diximus, Chrysostomum præceteris securus est, uidenda quoq̄ illius est sententia, quæ eisdem prope uerbis de principatu Petri ab ipso explicatur. Prætermiſsis aliis, dominus de hmōi rebus Petrū alloquitur, eo q̄ is esset eximius apostolorū et os discipulorū, et apex totius apostolici collegii, ideo negatione delecta tradit ei oīum fratrum summam administrationem, et reliqua. Et paulo post. Si uero dixerit quispiam, quo modo Iacobus thronum assumpsit Hierosolymitanum, illud sane dicā, hunc totius orbis sedē ab ipso dño accepisse. Et passim toto eius capite ultimo in Ioannē, eū

ADVERSVS LVTERANOS.

inuenies saepe de hac Perri summa autoritate scri-
 psisse. Vides etiam quod discrimen uelint eē inter
 Hierosolymitanum thronū / id est sedem Iacobi, et
 sedem Perri: ut illa particularis sit, hæc uniuersalis
 rotum orbē amplectens, omnia gubernās. Et thro-
 num quidem Hierosolymitanum scimus / omniū
 post sedem Romanam primū olim fuisse / cui thro-
 nus etiam Alexandrinus erat subiectus / ut declara-
 tur in synodis. Relinquitur igitur ut sedes Perri, sit
 omnium maxima, quia etiā testimonio sanctorū,
 illi totius mundi administratio est credita, et maxi-
 mæ sedes illi sunt subiectæ. Nō sunt ergo Itali Pa-
 pistæ, sed diuinam sequimur autoritatē, sequimur
 principes Christianæ religionis. Videant ipsi po-
 tius quā impietatem incurrant, q̄ et dei sanctorum
 consiliis ac sententiis, sua præferre dogmata / suas
 blasphemias sunt ausi / q̄ si essemus, malumus cū
 uerustissimis illis et doctissimis ac optimis hoībus
 male sentire, q̄ bene sentire cum ipsis / qui et recētes
 sunt, rerumq; nouitate delectantur / et nullam pro-
 bitatem, nullam modestiam habere noscūtur, et nō
 priuatas personas, priuatosq; Pōtifices redarguūt:
 sed sacrosanctam ipsam autoritatem. Sed quoniā
 de græcis / multa citauimus / reliquum est, ut de lati-
 nis aliqua proferamus, præsertim uerustioribus.
 Vnoq; uel duobus locis erimus cōtenti. Ex latinis
 qui de rebus diuinis scripserunt / uerustissimū habe-
 mus Cyprianum. Cuius autoritatem cōmendabi-

Cyprianæ autoritas.

lem et oī assensu dignā, facit nō solum uetustas uerum etiā sanctitas ac martyriū. Animaduerramus igitur Luteranorum improbitatē. Hi ut Romanū Pontificem æqualem cæteris esse demonstrarent, cum aliis rationibus conati sunt probare, tum etiā ex sanctissimi huius uiri Epistolis, quæ is cū ad Cornelium Romanū Episcopū, scriberet / eum semper appellarit aut fratrem, aut collegam, non his usus sit appellationibus, quæ maiorem aliquam auctoritatem super cæteros exprimerent. Hæc eorum fuit ratio / potius de appellatione, quàm eorum / quæ scriberentur in Epistolis diligenti consideratione profecta. Qui fortasse etiam non ignorarunt / quæ de principatu Romanæ sedis diuus ille scripssisset: sed quia contra eos tenderet, reticuerunt / ac suppresserunt. Neque animaduerrunt / nihil tam eorum prauæ hæresi aduersari, quàm ea quæ eo libro scribuntur. Igitur sepenumero Diuus Cyprianus docet unam omnium fidelium esse ecclesiam / unūque corpus, sed hanc unitatem / ex uno capite pendere, sicut natura sit comparatum. Vnum eius caput / unum fontem / unam originem. Itaque in Epistolis de quibusdā hæreticis / qui Romam ex Aphrica nauigabant / ait. Audent nauigare ad Petri cathedram / et ecclesiam principalē / unde rotius fidei ordo et unitas pēdet. Ecce Ro. sedē uocat caput religiōis christiane caput, unde oīs pendeat religio. Vocat eā ecclesiā principalem et Petri cathedrā. Et is fuit etiā Lactā

ADVERSVS LVTERANOS.

tio uetustior. Idē contra Nouatianū schismaticū,
 Ait eum adulterū et cōtrariū caput fecisse / q̄ uiuen-
 te Cornelio Pontifice Romano, alterū ipse Noua-
 tianus instituisse. Idē de simplicitate praelatorum,
 idest, q̄ hi qui præsunt in ecclesia, nō geminari eē
 debēt, sed unus ubiq; disputat unicū esse totius ec-
 clesiae caput, p̄ducitq; ex euāgelio uerba, Tu es Pe-
 trus, et illud, Pasce oues. Euidētius quoq; huius
 summi capituli uim explicat dicens, q̄ tamen si oēs
 Apostoli parē, potestatem, ac autoritatē post resur-
 rectionē accepissent a dño dicēte. Sicut misit me pa-
 ter, et ego mitto uos, accipite sp̄m sanctū, Si cui re-
 miseritis, et quae sequūtur, tñ ut unitatem idē dñs
 monstraret unitatis eiusdē originē, ab uno incipiē-
 tem, sua autoritate disposuisse, et exordiū ab unita-
 te, idest ab uno pficisci, ut ecclesia una mōstretur.
 Quā hęc refellunt igitur illorū pertinaciā, et pessī-
 mas machinationes, fabulāq; sui erroris impuden-
 tissimi, quā hoc tempore, per oēm Europā disse-
 narunt destruūt. Docet ergo unū totius religionis
 esse caput, Romanū uidelicet Pontificē. Si hęc
 scripisset hoc tempore Cyprianus eū Papistā pro-
 culdubio pronunciaffent Luterani, et crudeli odio
 persequerentur, cuius et ipsi repræhensionem audi-
 rent / qui sua tempestate Nouatianum / talia molien-
 tē, grauitē obiurgabat. Si fuit igitur ecclesiae pro-
 pe nascentis tempore uiuente: scilicet Cypriano / si-
 tuz inquam per totam ecclesiam / et apud sanctissi

mos doctissimosq; uiros, ea cognitio, eaq; confes-
 sio in Romano Pontifice esse unitatem, esse origi-
 nem esse exordium unitatis Christianæ religionis
 quid induxit istos nouos homines/ut aliud psua-
 dere niterentur annon prauitas/annon inauditū et
 inusitatū impietatis genus? Sed proferamus si pla-
 cet aliquid ex Hieronymo, doctissimo/ac sanctissi-
 mo uiro/atq; etiam peruetusto. Vnusq; tantum lo-
 cus satis erit. Nam cum esset in Syria/scribit ad Da-
 masum Papam, consulitq; eum / quibus cum esset
 illi cōmunicandum/cum ibidem omnia, Ariana pe-
 ste essent infecta. Nihilq; ait esse tutum/sed ad mo-
 nachos etiam eam labem usq; penetrasse/ seq; intra
 solitudines etiam imisisse. in se monachos ipsos in-
 surgere/se autem clamitare, si quis Cathedræ Petri
 iungitur, meus est. Orat quoq; ipsum summū Pon-
 tificem/ut qui Apostolos honore sequatur, sequa-
 tur & merito, Se autem ouiculam domini, & animā
 pro qua Christus mortuus sit, ne contemnat, sed
 doceat cum quo sit illi cōmunicandum. Ex his eri-
 go colligimus/Petri Cathedram, principium et ca-
 put esse totius religionis. Quam qui sequeretur, er-
 rare haudquaq; posset, & ad quam in hæresibus/
 & incertis dogmatis/sit recurrendum. Recurrit ad
 eam Hieronymus uir doctissimus/neq; suæ doctri-
 næ et sanctitati adeo fidit / quin ex Romano Pon-
 tifice uelit fieri certior / quibus cum sit illi uiuen-
 dum. Hodie Lutherani/multo sapientiores / ac do-

*Hieronymus
 reuertit ad sedem
 Romanam & hanc*

ADVERSVS LVTERANOS.

Etiores se putat Romano Pontifice, ac neque eum in
 certis dogmatis consulerent, sed ex aduerso potius
 impeterent, eumque magis esse haereticum praedica-
 rent. Ecce doctissimi ac sanctissimi uiri, qua humili-
 tate, qua mansuetudine ad Petri sedem recurrunt,
 ac quamuis essent omni genere litterarum instru-
 ctissimi, consulebant tamen, ut tuto non se, sed religio-
 nis fontem sequeretur, quem sciebant esse in sede &
 ecclesia Romana. Et tamen etiam nunc si is uiueret,
 taliaque faceret, non effugeret quin Papista uocare-
 tur a Luteranis. Quanquam quid hoc illis dedeco-
 ris afferret, quibus institutum est, sanctissimos quo-
 que, ac uenerabilissimos uiros defedare ridiculosis
 nominibus, & maledictis impereret. Nihil illos uel san-
 ctitas uel doctrina Hieronymi remoraret, quin eum,
 si ira Romanam sequeretur sedem, Germania pel-
 lerent, et lapidibus etiam, quod in alios optimos
 fecerunt, obruerent. Hoc ipsum, recurrentum scili-
 cet ad Romanam ecclesiam, indicat abunde mul-
 tis in locis Historia non solum uetustissima, uerum
 etiam Graeca, quam uertit in Latinum Cassiodo-
 rus senator Romanus, qui postea monachus fa-
 ctus est. Vbi Autor libro quarto, capite nono, de
 concilio scribens, quod sub Constante et Constan-
 tio Arriani in Antiochia fuissent, idque propter
 multas causas improbaretur, maxime quod non fuisset,
 a Romano Pontifice concessum ait. Sed ne-
 que Iulius interfuit maximae Romae praesul,

*ad eam Ro.
 uenirendum.*

neq; in locum suum, aliquem destinauit, cum: utri-
 que regula ecclesiastica iubeat, non oportere præ-
 ter intentione Ro. Põtificis Concilium celebrari.
 Hæc quæ hoc loco dicuntur multo etiam ante
 Hieronymum acciderunt. Cur igitur etiam ex
 illo uetustissimo tempore constitutum fuerat, ne
 Romani Pontificis iniussu, fieret concilium, nisi
 q; eã sedẽ esse religionis fontẽ intelligebãt? Caput
 totius religionis Christianæ; Vnde fides, unde
 omnia dogmata pendere & examinari debeant?
 Quid ad hanc rem post expressius atque apertius
 inueniri? Declarat idem ipse scriptor hoc ipsum
 euidentius capite quintodecimo, qui de discor-
 dia uariorum Episcoporum ait. Cognoscens era-
 go Romanus Pontifex crimina singulorum, et
 omnes Nicæno concilio concordare comperiens,
 eos in communionem suscepit / omnium curam
 gerens, propter sedis propriæ dignitatem, singu-
 lisque reddidit suas ecclesias, et orientalibus Epi-
 scopis scripsit, culpans q; non recte uiros incul-
 pabiles &c. Hæc uniuersa, quem adeo tardum at-
 que heberem, uel etiam pertinacem ueri non ad-
 monerent, et ad intelligendum nõ excitarẽt? Quid
 enim est, pp sedis propriæ dignitatem? an non una
 uoce, de re nulli non confessa, omnes conueniunt?
 Et hæc ut sepius dixi / sunt uetustissima / paulo post
 Constantini magni obitum. Sequenti etiam eius li

*Concilium absq;
 Ro: pont. mdt.
 et not. nõ celebrat.*

ADVERSUS LUTERANOS.

br̄i capite/orientales Episcopi Romanam ecclesiā,
matrem pietatis antiquitus fuisse dicebant. Non so-
lum scilicet eo tempore/sed etiam multis retro an-
nis, a fidei scilicet exordio, ea sedes, fuerat mater
pietatis. Græci hoc farentur/ ipsi attestantur, nihil
ipsi cōminiscimur. Non est igitur ut Lutherani mē-
riuntur recens usurpata hæc dignitas: sed a Deo cō-
stituta & ab omnibus Orthodoxis confirmata,
omnium sanctorum uirorum consensu approba-
ta. Soli hæretici/ & hi qui alia facinora longe etiam
maiora perpetrarūt, reprobare conati sunt. Eadēq;
diaboli cohortatio/ ad hoc eos impulit/ quæ impu-
lisset ad alia/ aut erat impulsura: sed fundamentum
hoc erat aliarum impietarū. Quoniam igitur p̄ san-
ctorum uoces & testimonia/res est abunde cōpro-
bata/ restat ut Romanos etiam Imperatores eadem
ipsa confirmasse monstremus. Eoq; libētius & prō-
ptius hoc facturum sum/ quo impiissimorum quo-
rundam et audacissimorum turba/ hoc tēpore/ quo
philosophari in bonis litteris cœprum est/ non mi-
nima exorta est/ qui putant omnia/ quæ oculi eorū
non uiderunt/ incredibilia. Præcipites ad negandū
ad reiiciendos omnes scriptores, promptissimi: et
quominus habent eruditionis/ hoc sunt audacio-
res. Horum pater et antesignanus fuit Laurentius
Valla uir pessime de lingua latīna meritis/ quippe
quid id operam dedisse cognoscitur/ ut et Romanæ

*2 ratio ex iudicio
rū confirmatur*

*Valla
notat*

linguæ nobilissimorum Græce scriptorum laude
 deiecta, unum ipsum ueneraretur posteritas. Cuius
 si paulo altior fuisset eruditio, infinitam uastitatem
 in tota non modo philosophia/uerū etiam religio/
 ne fecisset. Sed facile contemnitur/ quia supra crepi/
 dam non ascendit. Quem nō lacerauit barbarum
 illud/ & truculentissimum ingenium? Cui execrabi/
 lis & fœdissima lingua pepercit? Quod eo magis in/
 dignamur/ quo uir simplicissimus grāmaticus, no/
 ctes atq; dies in obseruatione uocularum attritus/
 ueluti Rhadamantus quidam / quasi sedit pro tri/
 bunalibus/ taleq; de scriptoribus oībus tulit iudicium,
 quale stultissime menti suæ placuisset: ob quam rē,
 potius mōstrum, q̄ uirum eum fuisse dixerim. Ha/
 bent hoc proprium omnes gramaticelli/ ut quo rei/
 motiores ab omni eruditionis laude sint/ hoc furio/
 sius eā appetant / gloriosissimūq; putāt, in magnis
 uiris reperire aliquid/ in quo a sese animaduertant,
 & in eo se mirabiliter ostentant. Hic est ille bonorū
 scriptorum maledicentissimus et inuidissimus zoi/
 lus, qui alios de translatione e Græco grauiter carpe/
 bat/ omniū imperitissimus in eo inuētus est. Quid
 enim eius Latino in Thucydide fœdus? qđ potuit
 esse illius imperitiæ & audaciæ locupletius testimo/
 nium? Opus esset alteri Laurentio/ si dignis contu/
 meliis esset afficiendus. Atq; utinam si erat grāma/
 ticus/ sortis suę meminisse uoluisset/ & se infra pellē
 suam continuisset. Ad theologandum si diis pla

*Gramaticelli
 respiciuntur
 gloriofissimi*

ADVERSVS LUTERANOS.

cet pessimo illo, & sæuissimo ingenio se cōtulit.
 Vbi et omnibus sanctis scriptoribus maledicere cœ-
 pit, alios deridēs, alios eos negans / quales fuissent.
 Eodem & hic usus iudicio / quo et in reliqua sua
 professione usus fuisset. In hunc igitur sum paulo
 acerbioribus uerbis inuectus / q̄ cum talis extirerit /
 eum tamen Luterani in cœlum laudibus tollunt
 unum hunc admirantur. In quo uix risum conti-
 nere possum. Video (quod dicitur) in illos eē uero
 uerius / dignum inuentum patella cooperculum.
 Cunq; sint innumerabiles prope scriptores, omni
 & eruditione et eloquentia mirabiles / unus in his
 rantummodo Laurentius placuit Luteranis. Legi-
 re ipsum Martinum / quibus laudibus eum attol-
 lar. Inuenerunt enim sibi accōmodatissimū & q̄ si-
 millimum ingenium. Insolentissimum scilicet / et
 præceps / & tumidum, qualis rota illa factio est.
 Taleq; uideo illis in suo Laurentio accidisse, quale
 Lucretio in Epicuro. Quem dicit uelut solē æthe-
 reum exortum, genus humanum superasse / et stel-
 las omnes restrinxisse, dictisq; ueridicis hominum
 pectora illuminasse. Quis in utrosq; effuse non riserit?
 Ita profecto monstrosa ingenia parit sæpe natura /
 quemadmodum et corpora. Quoniam igitur
 audacissimus ille / et procacissimus / addam etiā
 imperitissimus Laurentius, suum fallacissimum et
 præcipitosum iudicium secutus, pleraque negauit
 apud Latinos ex quibus, q̄ Dionysius quē habet

mus, nō sit ille Areopagita. Et ꝑ Cōstantinus Im-
 perator, nunq̄ ecclesiæ ea sit largitus, quæ in histo-
 ria de Siluestro Papa referuntur, totamq; eā nar-
 rationem ueluti cōmenticiā reprobatur, atq; ita mul-
 tis est persuasum, nunq̄ uerum fuisse, ut Constanti-
 nus Imperator ecclesiæ Romanæ dignitatē confir-
 marit, eiq; terrenū etiam imperium largitus fuerit.
 Primū quod attinet ad Dionysiu, clarissimis ratio-
 nibus ab aliis refellitur. Refelletur etiam in futurū
 cū in lucem opera Dionysii, cū cōmentarius græcis
 uenerint, ubi qui edebat cōmentariū, dicit se id ex
 Imperio Athanasii fecisse, & aliæ occurrēt rōnes, q̄
 stultā refellāt audaciā. Hoc loco oīa ea uera eē mō-
 strabimus, q̄ de Constantino Imperatore et Sylue-
 stro Papa accidisse feruntur. Cōfirmasse ipsum Im-
 peratorē ecclesiæ dignitatē, oēmq; illi dignitatem
 qua hoc tēpore utitur eē largitū. Proferā uero de-
 cretū ipsius Cōstantini, Græce scriptū, ex scriptū
 ex libro, qui erat in Bibliotheca palatina, Cōstanti-
 nopoli, in quo libro oīa iura ecclesiastica cōtinebā-
 tur, et ordines ac gradus ecclesiarū erāt digesti. De-
 scriptū est ex ipso libro, tpe Innocentii tertii, quo
 tēpore, Benedictus Cardinalis missus est ad impe-
 ratore, et Græcos, ut de fide Catholica differeret.
 Qui cū eēt Constantinopoli iussit suo interpreti
 ex eo libro ipsum ex scriberet. Hoc autē mō habet.

Εκ τῆς νομοκάνωνος τῆς βίβλου, τῆς συνωψιδείσης ἐκ πρώτης τῆς
 μακαρίου τῆς πατριάρχου κωνσταντινουπόλεως κυρίου μιχαήλ, καὶ τῆς

*Areopagita cum
 commentarij Græcis.*

ADVERSVS LVTERANOS.

Θεοδοῦς βασιλεὺς κυρίως μανθῆλ, παρὰ τὸ θεοδώρος τὸ βασι-
 σαμῶν τὸ πρῶτον διακόνος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, ἢ χαρ-
 τοφύλακος χρηματίσας, ὅτε ἢ τὴν βίβλον ταύτην συνέδε-
 το, ὑστερονδὲ γεγονότος πατριάρχου μεγάλης ἀντιοχείας, ἀποδείξε-
 ούντος ὅτι πᾶσα ἐκκλησία, ἀπὸ τῆς πᾶσιν ῥώμης δικαιοσύ-
 ως ἐκ τῆς τῆς μεγάλης κωνσταντίνης διατάξεως ἰδεῖν ἐστίν, τῆσδε
 βίβλου ἡ ἀρχὴ, περὶ δεδεδετοῖς ἡγουμένοις, ἐστίν, ἢ τισὶ διακεῖται
 εἰς δεκατέσσαρα τίτλους. Hoc est. Ex libro iurium ec-
 clesiasticorum / conflato ex iussu beatissimi Patriar-
 chæ Constantinopolitani domini Michael / & Pii
 Imperatoris domini Manuelis / a Theodoro Balsa-
 mensi / qui tunc erat primus Diaconus magnæ ec-
 clesiæ / & scriniorum custos / cum scilicet hunc librū
 coaceruauit / postea uero fuit Patriarcha magnæ
 Antiochiæ. Quo libro ostenditur, q̄ omnis eccle-
 sia / ex Pontifice Romano pender, & ab eo rectitudi-
 nem accipit / sicut licet uidere ex edicto magni Cō-
 stantini / eius autem libri principium est. Obtemp-
 rate his qui præsunt / qui diuiditur in quatuorde-
 cim titulos. Hæc ipse autor in principio. Quo aper-
 tissime declaratur / nihil hoc loco esse ficticium / sed
 et personæ citantur / quæ librum in compendium
 redigi præceperint / & qui id fecerit. Cuius cum plu-
 res sint tituli / qui ad alias ecclesias pertineant : et
 quid unoquoque contineatur : ibidem breuiter
 sit expositum non / putauī alios esse proferendos :
 sed ultimū tantūmodo / cuius gratia / de reliquis in
 ipso libro habetur mētio. Cū igit̄ de statutis aliarū
 ecclesiarū

ecclesiarum differuisset / Antiochena uidelicet, Cōi
 stantinopolitana, atq; aliis, Vigesimo capite regio
 rum edictorum ait haberi hoc Ῥῶσα πόλις τὰ συνήθη
 τῆς παλαιᾶς ῤώμης ἀκολουθεῖν ὀφείλει, Hoc est iis urbs cō
 suetudines ueteris Romæ debet sequi. Deinde ad
 dit. Οἷα δὲ εἰσὶ τὰ προνόμια τῆς παλαιᾶς ῤώμης ἀγίας εκ
 κλησίας, παρὶς ἡμῖν τὸ ἰσαποστόλου ἀγίου μεγάλου κωνσταν
 τίνου γεγονός ἐγγράφον θέσπισμα πρὸς τὸν ἅγιον σιλβέστρον
 τὸν τότε πᾶσα τῆς ῤώμης, ὃ καὶ οὕτως ἔχει. Hoc ē. Quæ
 sint autem priuilegia ueteris Romæ sanctæ eccle
 siæ, docet nos sancti et æqualis Apostolis, magni
 Constantini decretum, ad Siluestrum tunc Romæ
 Pontificem / quod in hunc modum habet. Hæc fe
 re anteq̄ ipsum decretum protulisset, præmisit, nūc
 singula quæq; perspiciamus / ipsumq; Cōstantinū
 loquentem audiamus. Δέον ἐκρίναμεν μετὰ πάντων τῶν
 σατραπῶν ἡμῶν, καὶ πάσης συγκλήτου, καὶ τῶν ἀρχόντων,
 καὶ μετὰ πάντος τοῦ λαοῦ τοῦ ὑπο τὴν ἐξουσίαν τῆς ῤωμαί
 κῆς δόξης, ἵνα ὡς ἅγιος, πέτρος ἐκ προσώπου τοῦ ἡδὲ τὸ θεὸς
 ἐστὶν εἰς τὴν γῆν, ἕτωσ οἱ διαδόχοι αὐτῶ ἐχῶσι πλεον, παρ
 ὃ ἔχει ἡ βασιλία τῆς δόξης ἡμῶν, καὶ τὸ παραχωρηθῆναι
 ὑφ' ἡμῶν καὶ ἀπὸ τῆς βασιλείας ἡμῶν. καὶ θέλομεν ἡμεῖς,
 αὐτὸν τὸν κορυφαῖον τῶν ἀποστόλων, καὶ τὸς διαδόχους αὐ
 τῶ ἐκ προσώπου αὐτῶ πρῶτος πρὸς τὸν θεὸν πατόμας εἶναι,
 καὶ ὡσπερ ἡ βασιλικὴ ἰσχυσία ἡμῶν, εἰς τὴν γῆν σέβεται,
 καὶ τιμάται, ἕτω θεσπίλομεν σέβεσθαι καὶ τιμάσθαι τὴν ἀγίαν
 τῶν ῤωμαίων ἐκκλησίαν καὶ πλεον, παρὰ τὴν βασιλείαν ἡμῶν
 καὶ τὸν γηνὸν θρόνον, τὴν ἀγίαν καθεδραν τῶ ἀγίῳ πέτρῳ δὲ

ADVERSVS LVTERANOS.

ἐξέλθει, καὶ ὑφείσθαι, δίδοντες αὐτῇ δύναμιν, καὶ δόξαν, καὶ
 ἀξίωμα, καὶ διακρίνοντες θεσπίζομεν ἵνα ἔχη τὴν ἐξουσίαν ἀρ-
 χικὴν, καὶ εἶν ταύτῃ τὴν κεφαλὴν τῶν τεσσάρων θρόνων, ἡτοι-
 θήσας ἀλεξανδρείας, τῆς ἀντιοχείας, τῶν ἱεροσολύμων, καὶ τῆς
 κωνσταντίνης πόλεως, καὶ ἁπλῶς εἰς ὅλας τὰς ἐκκλησίας, ἀπά-
 σθῃ τῆς οἰκουμενικῆς, καὶ ὁ ἐπίσκοπος, ὁ μέλλων εἶν, εἰς τὴν ἀ-
 γίαν ῥωμαίων ἐκκλησίαν, ὀφείλει εἶν ἐνδοξος, καὶ ὑψηλότερος
 παρὰ πάντας τὸς ἱερεῖς τῆς κόσμου, καὶ εἰ τι ἐστὶν πρὸς θεο-
 πώϊαν τῆς θεῶ, καὶ πρὸς διόρθωσιν, καὶ πρὸς σερέωσιν τῆς πί-
 στως τῶν χριστιανῶν, ἵνα κρίνηται παρ' αὐτῆς δίκαιον ἢ ἐστίν,
 ἵνα ἐκεῖσε ὁ ἅγιος νόμος ἔχη τὴν κεφαλὴν, καὶ ἀρχὴν ὅπως, ὁ
 ἅγιος νομοθέτης, ὁ σωτὴρ ἡμῶν ἰησοῦς χριστός, τὸν μακάριον
 πέτρον ἐκέλευσε κρατεῖν τὴν κατέδραν, καὶ ὅπως τὸ πάβος τῆς γαι-
 ρῆς ἔπαβε, καὶ μακάριος θανάτος ποτήριον ἔπιε, καὶ ἐγένετο ἀκό-
 λυτος τῆς μαίσεως, καὶ κυρίως αὐτῆς. καὶ ἐκεῖ τὰ ἔθνη, ἵνα κλίνω-
 σι τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, διὰ τὴν ἐξομολόγησιν τῆς ὀνόματος
 τῆς χριστοῦ, ὅπως ὁ διδάσκαλος αὐτῶν, ὁ μακάριος ἀπόστολος
 παῦλος διὰ τὸν χριστὸν ἐκτείνασεν τὸν τράχηλον, σέφρανον τῆς μαρ-
 τυρίας ἐδέξατο. καὶ ἕως τῆς τέλος τῆς κόσμου, ἵνα ἀναζητῶσι
 τὸν διδάσκαλον, ὅπως τὰ τῶν ἁγίων αὐτῆς λείψανα ἀναπαύου-
 νται, καὶ ἐκεῖ ὄπτιοι, καὶ εἰς τὴν γῆν ἠπλωμένοι, τῆς θρανίως, καὶ
 βασιλείως, καὶ θεῶ, καὶ σωτήρος ἡμῶν ἰησοῦς χριστοῦ δαλεύομεν
 ὀφθαλμοῖς ὅπως ἐδαλεύσαμεν πρὸ ὑπερῆ φάνω ἐκεῖνω βασιλείῃ.

Hucusq; prima decreti pars. Quorum is sensus
 est. Necessarium duximus una cum principibus
 nostris, uniuersosq; senatu, atq; magistratibus et om

ni populo, qui Romanæ paret pōtentiæ, ut quēad-
 modum beatus Petrus ex persona dei, et Domini
 nostri Iesu Christi, fuit in terris, sic habeāt eius suc-
 cessores in quo longe nostro præstent imperio, &
 ut nos et Imperium nostrum cedat eis loco. Et uo-
 lumus ipsi, ipsum principem Apostolorum, eiusq;
 successores, ex persona eius, primos esse patres
 apud Deum, et quemadmodum Imperii nostri po-
 tentia honoratur et colitur in terra, sic decernimus
 honorari et coli sanctam Romanam ecclesiam. Ac
 multo etiam plus Cathedram sancti Petri glorifi-
 catam esse et exaltatam, supra terrenum solium, et
 Imperium nostrum. Concedētes illi porentiam et
 gloriam, et autoritatem, et decernentes quoq; san-
 cimus ut habeat summam potentiam, et sit caput
 quatuor Cathedrarum, uidelicet Alexandrinæ,
 Antiochenæ, Hierosolymitanæ et Constantino-
 politanæ, et in uniuersum, omnium ecclesiarum to-
 tius orbis. Et Episcopum, qui Romanam teneat
 ecclesiam, esse debere gloriosum et excelsum ante
 omnes sacerdotes orbis terrarum, Ac siquid est ad
 cultum Dei pertinens, aut ad emendationem,
 uel confirmationem Christianæ fidei, iudica-
 ri uolumus ab ipso. Iustum siquidem est, ut ibi
 sancta lex habeat caput et originem, ubi san-
 ctus legislator, et Saluator noster Iesus Christus
 beatorum Petrum iussit tenere sedem, et ubi cruci-
 idem Apostolus affixus est, et poculū felicitatis haurit

*Papa maior
 Cesaribus.*

ADVERSVS LVTERANOS.

mortis, ac fuit cōsectaneus magistri et domini sui. Ibiq; gētes oēs præcipimus / ut sua flectāt capita in cōfessionem nominis Christi, ubi eorum magister et beatus Apostolus Paulus propter Christū collū porrigens, martyrii coronā accepit. Et ad usq; mūdi finē, ut requirant præceptorē, ubi sanctorū eius requiescunt reliquiæ / atq; ibi supini, et uenerabūdi regis cœlestis Dei / et Saluatoris nostri Iesu Christi seruiamus officiis / ubi seruiuimus superbo illi regi. Hucusq; ipse imperator. Attēdistis causas quibus, piissimus Imperator, in tantā erga rem diuinā, sanctūq; sacerdotiū, uenerationē prorupit? Quid illi hunc uenerandi dei / eiusq; sacerdotes ardorem iniecit. Intellexit scilicet uir sapiētissimus / id prius a deo fuisse constitutum, Ipsum Iesum Christum iussisse, ut Petrus Romæ sedē teneret. Videbat huius sedis cœlestem dignitatem, duorum maximorum Apostolorum cōfessu nobilitatā, sanguine cōsecratam / uoce et prædicatione insignitā. Vidit ipsum Saluatorem / nō sine causa / principem Apostolorum Romam adire iussisse, Nō in suo capite, hāc dignitatem, hūc principatum repperit / sed repperit in consiliis et uoluntate diuina. Neq; eam ob causam, Romano Pontifici tribuit primatum / q; Roma cuius eēt Episcopus, omnes urbes antecederet: nullam eiusmodi protulit ipse causam, sed illud illud dixit / Iustum est / ut ibi sancta lex habeat caput et originem / ubi sanctus legislator et Saluator Iesus

Iesus Christus beatum Petrum iussit tenere sedē.
 Hæc fuit causa, quæ hanc peperit factionem,
 quæ Constantino persuasit, ut edicto confirmaret,
 quæ iussu Dei, prius sancita uidisset. Quid igitur
 blaterabat inuidus ille Græculus? Quid dicent
 hoc loco Lutherani? Ecquid in eos clamat ius, at-
 tendunt? Ecquid suam pertinaciam suam improbi-
 tatem intelligunt? Non sese qua impietate perstrin-
 gunt/animaduertunt? Ecce non sunt hæc ficta, ut
 tumidus ille et temerarius Laurentius Valla puta-
 bat, cuius sententiæ, quasi cælesti Oraculo subscri-
 psere concordēs Lutherani. Tanta enim fuit in illo
 monstro, uerius quàm homine audacia, ut quæ non ui-
 disse ipse iudicaret eē fabulosa. Sed prosequor re-
 liquam edicti partem. παραδιδόαμεν ἕν αὐτοῖς τοῖς ἀ-
 γίοις ἀποστόλοις τοῖς μακαρίοις κυρίοις μετῶ πέτρῳ καὶ παύ-
 λῳ, καὶ μετῶ αὐτοῖς τῶ μακαρίῳ σιλβέστρῳ, καὶ πατρὶ ἡμῶν τῶ
 μεγάλῳ ἐπισκόπῳ καὶ καθολικῶ πάπῳ τῆς πόλεως ῥώμης, καὶ
 πάσι τοῖς διαδόχοις αὐτῶ, ὅτινες ἕως τῆς τέλει τῆς κόσμου
 μέλλουσι προκαθῆθαι εἰς τὸν θρόνον τῶ μακαρίῳ πέτρῳ, ἀπὸ τῆς
 σήμερον, τὸ ἡμέτερον βασιλικὸν παλάτιον, τὸ λατερανέσιον, τὸ ὑ-
 περβαῖνον, καὶ ὑπερικῶν τὰ ὅλα τῆς κόσμου παλάτια. Ἐπέκεινα
 δε, καὶ τὸ διάδημα, ἢ τοὶ τὸν σέφανον τῆς κεφαλῆς ἡμῶν, ἅμα
 καὶ τὸν λορόν, καὶ τὸ ὠμοφόριον, ὅπερ περικυκλοῖ τὸν βασιλικὸν
 τραχήλον. ἅμα καὶ τὴν πορφύραν χλαμύδα, καὶ χιτῶνα κόκκινον,
 καὶ πάντα τὰ βασιλικὰ ἐνδύματα, καὶ ἀξιώματα τῶν βασι-
 κῶν ἀλόγων ὁμοίως καὶ τὰ βασιλικὰ σκῆπτρα, καὶ πάντα τὰ

ADVERSVS LUTERANOS.

σίγῃ, καὶ τὰ βάντα, καὶ τὰ λοιπὰ κοσμήματα τῆς βασιλικῆς
 μεγαλειότητος, καὶ τὴν δόξαν τῆς ἡμῶν ἐξουσίας ἀνδράσ τε εὐσε-
 βεστάς κληρικούς, πολλῶν τάξεων τῆ αὐτῆ ρωμαϊκῆ ἐκκλησία
 δαλέονταί θεσπιζόμεν κοσμεῖσθαι, καὶ ἔχειν ἐκείνῃ τὴν ὑψηλό-
 τητά καὶ μεγαλοσύνην, ἢ κεκόσμηται ἢ μεγάλη σύγκλητος ἡμῶν,
 ἦτοι οἱ πατρίκιοι, καὶ κόνσολοι, ἦτοι οἱ ὑπάτοι καὶ τὰ λοιπὰ α-
 ξιώματα. καὶ ὡς ἡ βασιλικὴ στρατία κεκόσμηται, ἔτω θεσπιζο-
 μεν κοσμεῖσθαι καὶ τὸν κλήρον τῆς ἀγίας ρωμαίων ἐκκλησίας,
 καὶ οἶον τρόπον, ἢ βασιλικὴ δύσαμις διὰ πολλῶν ὀφθικίων κεκόσ-
 μηται, ἢ τὸ, κερκελαρίων, προταρίων, ἐξεκβίτων, ἔτω καὶ τὴν ρω-
 μαίων ἀγίαν ἐκκλησίαν κοσμεῖσθαι δελομεν, καὶ ἵνα κατὰ πλά-
 τος τὸ ἐπισκόπων φῶς ὑπερλάμπῃ, θεσπιζόμεν καὶ τῆτο, ἵνα
 οἱ κληρικοὶ τῆς ἀγίας ρωμαίων ἐκκλησίας καβαλκίευσιν ἀλογα-
 κεκοσμημέναι δι' ὀθονίων λευκῶν. καὶ ὡς ἡ ἡμετέρα σύγκλητος φο-
 ρεῖ ὑποδήματα ἦτοι σανάλια λευκὰ δι' ὀθονίων, ἔτω καὶ τὰ δρο-
 νια, ὡς καὶ τὰ γηνά, πρὸς αἴνεσιν τῶ θεῷ. ἐπέκενα δέ, πάντων δι-
 δόαμεν ἀδειαν, καὶ παραχωροῦμεν αὐτῷ τῷ ἀγιωτάτῳ πατρὶ,
 ἡμῶν σιλβέστω τῷ ἐπισκόπῳ καὶ πάπα τῆς πόλεως ρώμης,
 καὶ πᾶσι τοῖς διαδόχοις αὐτῶ μακαρίοις ἐπισκόποις εἰς τιμὴν
 καὶ δόξαν τῶ κυρίου, καὶ σωτήρος ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, εἰς τὴν αὐτὴν
 μεγάλην καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν, ἵνα ἔσῃ τῆς συγκλητῆς βυζαν-
 τῆ μετὰ ἰδίῳ δελήματος καὶ εὐαρέστῳ γενέσθαι κληρικός, καὶ ἐν-
 τῷ ἀριθμῷ τῶν ἀγίων κληρικῶν συναριθμεῖσθαι, μήτις τολμά-
 ἀπὸ πάντων, ἐμποδίξεν τῆτω. Ἐθεσπίσαμεν δέ πρὸς ἰδοίσις,
 ἵνα καὶ αὐτὸς ὁ θεοσεβὴς πατήρ ἡμῶν σιλβέστω μέγιστος ἐπί-
 σκοπος, καὶ πάντες οἱ διάδοχοι αὐτῶ, καὶ ἐπισκόποι, ἵνα φορώσι
 τὸ δῖαδῆμα, ἦτοι τὴν σφάνην, ἢν παρεδώκαμεν αὐτῷ, ἐκ τῆς κε-

φάλῃς ἢ μὲν ἐκ χρυσίδος καβαρῶς, καὶ μαργαριταρίων ἀτιμῆτων, καὶ ἵνα
 αὐτὰ χρῆσονται εἰς τὰς κεφαλὰς αὐτῶν εἰς αἴνεσιν τῶ θεῶ, καὶ
 εἰς τιμὴν τῶ ἀγίου καὶ κορυφαίου, καὶ ἀποστόλου, αὐτὸς δὲ ὁ μακά-
 ριος σίλβερρος πᾶσα ὑπερὶ τὴν σεφάνην, ἢ τοὶ τὴν παπαλύβραν
 ἢν εἶχε πρὸς δόξαν τῶ θεῶ καὶ τῶ ἀγίου πέτρῶ, ἐκ ἡμελεβασά-
 ζην σεφάνων ἐκ χρυσίδος, ἢ μαργαριταρίων. ἡμεῖς δὲ δίδομεν οὐκ
 ἡμελεν ἐκ χρυσίδος σεφάνην ὁ ἅγιος σίλβερρος τὸν ὑπέραμωρον
 λωρον σκμαίνοντα τὴν ἀγίαν ἀνάστασιν, τὴν ἀγία κεφαλὴν αὐτῶ
 ἰδίαις χερσίν ἐπέθεικαμεν, καὶ κρατῶντες τὸν χάλινον τῶ ἰσως
 αὐτῶ διὰ τὴν προσκύνησιν καὶ τὸν φόβον τῶ ἀγίου πέτρῶ, θεά-
 τωρος ὀφθαλμίων ἐποιήσαμεν, θεσπίζοντες ἵνα πάντες οἱ δια-
 δοχοὶ αὐτῶ τῶ λώρω χρῆσονται εἰς τὰς προελεύσεις πρὸς μέ-
 μνησιν τῆς βασιλείας, διὰ τῶτο δὲ ἵνα μὴ τὸ ἀξίωμα τῆς ἐπι-
 σκοπῆς κατοφρονῆται, ἀλλὰ πλεον παρὰ τὴν βασιλείαν ἡμῶν
 τὴν γνήνην, καὶ κράτος δόξαν κοσμεῖται, ἰδὲ τὸ παλάτιον ἡ-
 μῶν ὡς προείπομεν, καὶ τῶν ῥωμαίων πόλιν, καὶ πόσης τῆς Ἰτα-
 λίας, ἢ δυσμῶν χώρων ἐπαρχίας τόπος καὶ κἄς τῶν τῶ προ-
 γεγραμμένω μακαριώτατῶ ἐπισκόπῳ, καὶ πατρὶ ἡμῶν σιλβέρρω
 καθολικῶ πᾶσα παρὰ ἰδοάμεν, καὶ ἀφήκαμεν αὐτῶ καὶ τοῖς δια-
 δοχοῖς αὐτῶ ἰσως, καὶ δύνάμιν σερεάν βασιλικὴν προσάγ-
 ματος, διὰ ταύτην τὴν θεῖαν κέλευσιν καὶ πραγματικὸν σύ-
 νημα ἐθεσπίσαμεν διαμένειν, καὶ τοῖς ἀνδρασι τῆς ἀγίας
 τῶν ῥωμαίων ἐκκλησίας, εἰς τὸν αἰῶνα παρεχωρήσαμεν, τὴν
 βασιλείαν ἡμῶν, καὶ τὸ κράτος τῆς βασιλείας εἰς τὰς ἀνατο-
 λικὰς χώρας μεταφέρειν, καὶ ἐν τῇ βιλαντία χώρα τόπω χρῆσι-
 μῶ τὴν πόλιν ἐπὶ τῶ ὀνόματι ἡμῶν ἰδρυθῆναι, καὶ τὴν ἡμῶν βασι-
 λείαν ἐκεῖ συσῆναι δὶ τὸ ἰσως ἐστὶν ἡ ἀρχικὴ ἰερατεία, καὶ ἡ κεφαλὴ τῆς

ADVERSVS LVTERANOS.

Χριστιανικῆς θρησκείας ἀπὸ τῶν βασιλέωσ τῶν ἔθνεων διδόμε-
νη, ἀδικον ἐστίν ἵνα ἐκεῖ ὁ γνήσιος βασιλεὺς ἔχῃ ἐξουσίαν, τὸ
δὲ τὸ ὕψος τῆσ βασιλείας ἡμῶν ἰσῆαι καταστράσαντες εἰς
τὰ τίμια λείψανα τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ κορυφαίωσ πέτρου ἐβή-
καμεν, καὶ ἐκεῖ ὠμώσαμεν ταῦτα πάντα ἀπαράβραυστα διαφυ-
λάττειν, καὶ διὰ τῶσ διαδόχωσ ἡμῶν βασιλεῖσ ἐν τοῖσ ὑπομνή-
μασιν ἡμῶν ταῦτα φυλάττειν παραδεδώκαμεν τῷ πατρὶ
ἡμῶν τῷ ἁγίῳ καὶ καθολικῷ ἐπισκόπῳ καὶ παπῶ, καὶ δι' αὐτῶσ πα-
σι τοῖσ διαδόχοισ αὐτῶ ἐπισκόποισ τῶ κυρίω ἡμῶν ἰησοῦ Χρ-
στῶ προσκυνούντεσ παραδιδόαμεν ὅλα τὰ προγεγραμμένα, κα-
λῶσ εἰσ τὸν αἰῶνα διαφυλάττειν. **Huc usq̄ edictū.**

In cuius fine hæc habebatur. Τέλοσ τῆσ διαθήκησ
καὶ διατάξεωσ τῶ μεγάλω καὶ ἐν ἁγίοισ κωνσταντίνωσ, ἡτισ ἐγράφη
παρὰ νικολάω τῶ ὑδρυντίνωσ, ἐν τῷ μεγάλῳ παλατίῳ ἐν κων-
σταντίνωσ πόλει ἀπὸ τῆσ βίβλωσ, ὡσ προσέρηται τῇ προτροπῇ τῶ
κυρίω Βενεδίκτη τῶ καρδινάλιωσ, καὶ τῶ τοποτηρητῶ Ἰννοκεντίω
τῶ τρίτῳ πάπῳ ῥώμησ, ἢν εἴ τότε ὁ προρηθείσ νικόλαοσ, ἐξεχ-
ληνίσησ καὶ ἐρμηνεύσ αὐτῶ τῶ καρδινάλιωσ, καὶ τῶν γραμμῶν ἐν-
ταῦσ τῶν περὶ δογμάτων διαλέξεσι, ἐτα 5 ψ ιε ἰνδικτιώνωσ
ἰ μηνῶσ δεκεμβρίωσ. **Quorum omniū latine hæc est sen-
tentia.** Tradimus igit̄ ipsis sanctis Apostolis, bea-
tis dominis meis Petro & Paulo, et post ipsos bea-
to Siluestro et p̄fi nostro magno episcopo, et uni-
uersali Papæ urbis Romæ, omnibusq; successoribus
eius, qui usq; in finem mūdi, sessuri sunt sup thro-
num beati Petri, ab hodierno die, nostrum regale
palacium Lateranense, quod supereminet, atq; ex-
cellit omnibus mundi palatiis. In super et diadema

seu coronam capitis nostri, simul & lorū, & humero-
rorum ornamentum, quod circūuertit regium col-
lum. Insuper et purpuream chlamydem / et palliū
coccineum, et omnia regia indumenta, & insignia
regionum equorum. Similiter & regalia sceptrā, et
omnia signa et banta et reliqua ornamenta regiæ
magnificentiæ. Gloriam quoq; potētiæ nostræ ho-
mine sq; religiosissimos / clericos multorum ordinū
qui Romanæ seruiant ecclesiæ præcipimus ornari,
et habere illam celsitudinē & magnificentiam, qua
exornatur maximus senatus noster / uidelicet patri-
cii uel consules, & reliqui magistratus. Ac quemad-
modū regius exercitus ornatus est, sic iubemus or-
nari et clerum sanctæ Romanæ ecclesiæ, et sicut re-
gia potestas, per multa officia insignitur, uidelicet
cubicularios, portarios, excubitores, sic et Roma-
norum sanctam ecclesiam insignitam uolumus, et
ut late Episcopale lumen effulgeat. Præcipimus et
hoc, ut clerici sanctæ Romanæ ecclesiæ, equitēt iu-
menta ornata insignibus albis. Et sicut noster sena-
tus fert calceos seu sandalia alba, sup ipsa ornamen-
ta, sic et ista quæ cælestia sunt quēadmodum & ter-
rena ad laudem Dei. Insuper omnium damus im-
munitatē, et cedimus ipsi sanctissimo patri nostro
Siluestro Episcopo et Papæ urbis, Vrbe Roma, et
omnibus successoribus beatis Episcopis ad hono-
rem & gloriam domini nostri Iesu Christi, in eadē
maxima & apostolica ecclesia. Ac si quis ex senatu

ADVERSUS LUTERANOS.

uoluerit propria & procliuu uoluntate fieri clericus,
 et in eorū sancto ordine adnumerari, ut nemo im-
 pedire talem possit. Iubemus insuper ut & ipsa pius
 pater noster Siluester magnus Episcopus, & omnes
 successores eius & Episcopi, ferant diadema seu co-
 ronam, quam tradidimus ei, ex capite nostro, ex au-
 ro puro, et margaritis preciosissimis, et ut ipsi utan-
 tur in suis capitibus, ad laudem Dei, et honorē san-
 cti & eximii Apostoli. Ipse uero beatus Siluester Pa-
 pa, præter coronā, seu papalē mitrā quā habebat ad
 gloriā Dei, et beati Perri aureā coronā gestare no-
 luit, et margaritis ornatā. Nos autē quia noluit, luci-
 dissimum lorū, quod significat sanctā resurrectio-
 nem, sancto eius capiti, propriis manibus imposui-
 mus. Et tenentes frenum equi sui, propter adora-
 tionem & uenerationem sancti Perri, stratoris offi-
 cium adimpleuimus. decernentes ut omnes suc-
 cessores eius, loro utantur cum proficiscuntur, ad
 imitationem imperii. Ne uero autoritas pontifica-
 lis esset contemptui, sed etiam supra nostrum ter-
 renum imperium coleretur, ecce nostrū palatium,
 ut paulo ante diximus, et urbem Romam, et totū
 riuus Italię occidentaliumque locorum prouincias,
 et castrorum tradidimus ipsi beatissimo episcopo,
 et patri nostro Siluestro, uniuersali Papæ, et con-
 cessimus ei, illiusque successoribus, potestatem, ac
 autoritatē stabilē regiā, perque hanc diuinā huius præ-
 cepti iussionem, et efficacissimum collegium sanxi-

mus eã permanere. uirisq; sanctæ Romanę ecclesię
 in perpetuum cessimus / imperium, nostramq; poten-
 tiam in orientis regiones transferentes. In regionē
 Byzantii, locum saluberrimum ac fertilem, ubi noi-
 stram regiam constitueremus, urbemq; de nostro
 nomine conderemus. Quia ubi sit summum sacer-
 dotium, et caput religionis Christianæ a rege cœ-
 lorum positum, nephas est, ut rex terrenus habeat
 potentiam. Nanque imperii nostri sublimitatem
 propriis manibus spernentes ad preciosas reliquias
 sancti & principis Apostoli Petri deposuimus, ibi-
 que iurauimus, hæc omnia nos inuiolata custodi-
 turos, et per successores nostros Imperatores, hæc
 in commenrariis seruãda tradidimus patri nostro
 sancto et uniuersali Episcopo & Papæ: & per eum,
 omnibus successoribus eius Episcopis domini no-
 stri Iesu Christi, annuētes tradidimus omnia que
 scripta sunt, optime custodienda.

Finis testamenti et edicti magni / ac sancti Con-
 stantini, quod exscriptum est a Nicolao Hy-
 druntino in magno Palatio, apud Constanti-
 nopolim / ex libro / quem a principio diximus.
 Iussu domini Benedicti Cardinalis, qui locum
 tenebat Innocentii tertii Papæ Romæ. Erat enim
 tunc ipse Nicolaus interpretes ipsius Cardinalis / et
 per eum dogmata apud græcos explicabat. Anno
 a mūdo condito sexies millesimo septingētesimo
 decimo quinto, Indictione decima, mēse decēbri:

ADVERSVS LVTERANOS.

1578
 Secundū uero cōpurū latinorū ab incarnatione dñi,
 Anno millesimo, ducentesimo, ac uigesimo plus,
 minus. Quare ab eo répore, quo decretum exscri-
 ptum est, fluxerunt anni trecēti, ac uiginti quatuor
 ac paulo plures. Agitur enim nunc annus Millesis-
 mus, quingentesimus uigesimus octauus cū hæc
 scriberetur, eius qui scribebat trigesimo primo. Hu-
 ius Nicolai Hydruntini haberur in bibliotheca. D.
 Dñici Grimani, quæ in Cœnobio canonicorum re-
 gularium Venetiis, apud ædes sancti Antonii ere-
 cta ē, disputatio de pcessu spūs sancti ex filio, græ-
 ce et latinæ ab eo descripta, qua græci cum ipso Be-
 nedicto disseruerunt, ut ibidem meminit ipse Nico-
 laus. Haberur autem hoc decretum etiam in præfa-
 ra bibliotheca, ad nos autem ex Apulia allatū ē, ex
 libro uetustissimo exscriptum. Pronunciauit ergo
 piissimus Imperator et cōfessus ē, caput religionis
 Christianæ, per beatos Apostolos Petrū & Paulū
 Romæ a domino fuisse positū. Ad eorū reliquias
 ait se Romanæ potētiæ fastigiū summississe, quasi
 eorum manibus imperiū illud pmitteret. Et in suc-
 cessoribus. s. Petri ait se uenerari ipsum Iesū Chri-
 stū, & sanctos Apostolos Petrū ac Paulū. Vidimus
 eū sæpe esse cōfessum sacrosanctā sedē, multo præ-
 stare sedi imperii terreni, et eū aperte distinxisse, quod
 inter utrūq; regnū interesset, quorū alterū cæleste,
 alterū terrenū uocauit. Vidimus id officii pegisse,
 quo se subiectū sacrosanctę religioni demonstraret.

Atq; id adeo uerū fuit / ut oēs Cōstantino succedē
tes imperatores, talē subiectionem exhibuerint. Si
quidem et his diebus, & dum hæc imprimerentur
Bononiæ Carolus impator iuictissimus, hispania
rum rex, uir optimus, atq; Christianæ concordia
amantissimus, & quem nemo poterit unq̄ nō dico
cōmendare, sed ne admirari quidē, cuius sanctissi
mus atq; optimus animus neq; a sæuissimis hæreti
cis, quorū fuit hoc tēporē innumerabilis multitudo
deprauari, neq; tot uictoriis / quibus potitus est, cor
rumpi potuit / is inq̄ etiam dum sæuissent hæretici,
dum in oēm religionis gradū furentes debaccha
rentur / eā pietatē / eā religionē atq; reuerentiā exhi
buit Romano Pontifici, quā hoc decreto ait se Cō
stātinus beato Siluestro exhibuisse. Nā in præfata
Urbe / oī populo īspectatē / posteaq̄ a Pōtifice Cle
mēte Septimo coronā accepisset / illo ascēdēte equū
stratoris officiū exhibuit / pedem sustinuit, frenū re
nuuit, equūq; aliquot passus duxit. Quāta igitur ē
Luteranorū q̄ inuisitata non dico impietas, sed bar
baries potius, qui lacerare et defœdare contumeliis
semper conati sunt, quod piissimi imperatores / tāta
pietate uenerati sunt? Vtq; ille Romanū uenerādo
Pontificē, ipsum primo Iesum Christū / nō beatos
Apostolos et cognoscebat et fatebatur se uenerari,
sic istos quia blasphemant, prosciunt / calumniā
tureā sedem, in Deū et Apostolos grauer peccare
necesse ē. Nō defendo uitā moresq; cuiusq; q̄ qua /

*Caroli sub
iecto papa*

ADVERSUS LUTERANOS.

*Crasantibus
Mortibus magis
quid facerent.*

les sint, uiderit ille / cuius ē hoc et alia iudicā. Nihil
ad assērationē cōminiscor, q̄ lugeo, atq; īgemisco /
q̄ hostibus / q̄ semp n̄is ceruicibus impēdēt / derur
mordēdi atq; obloquēdi occasio. Cui displicet / q̄
nō possimus fidēter atq; alacriter eorū r̄ndere male
dictis. Verū ut ipse maximo crimie nō carerē / si cri
mina cuiusq̄ defenderē / sic eos in cōtrariū maxime
peccare necesse ē, q̄ priuatarū p̄sonarū culpas, ī purā
ac caelestē religionē cōferūt. Qui nō p̄sonas / sed re
ligionē / q̄ nihil tale mereēt / infestāt cōtumeliis / inau
dito ḡne calūniarū obruūt, trahūt ī iuidiā toius or
bis terrarū. Cōstāt illi odiū irrecōciliabile. Hoc cer
te inimicos rerū bonarū, nō malorū hoīum eos ostē
dit. Appet quoq; q̄d religiōi Christianę p̄fuerint.
Id certe / si nō aliud / docere eos poterat / tales eorū co
natus a diabolo fuisse / e q̄bus sint īfinita mala p̄fe
cta, sed ad edictū Cōstantini reuertor. Hoc igit ē te
stamētū, cuius cōmemoratione gręcorū & latinorū
līrę plenę sūt. Nā et gręculus is quē añ citauimus,
Cōstātinū ecclesię Ro. principatū dedisse cōfessus
est. Huius et ī iure impatorio fit mētio. Cui subscri
bēs postea Iustinianus, sic ait, θεοπιχομεν κατὰ τὸς τῶν
ἀγίων ὁρθοῦς, τὸν ἀγιώτατον τῆς πρεσβυτέρας ρώμης ἐπίσκοπον
πρωτον εἶν πάντων τῶν ἱερῶν. Hoc ē, præcipimus sc̄dm
sanctarū synodorū definitiones / Ro. Pōnificē pri
mū esse oīum sacerdotū. Ex quo licet aīaduerrere,
ertam sanctas synodos hoc sanxisse et cōfirmasse.
Q̄d quia p̄riarcha Cōstātinopoli seruare nolebat,

*Conatus Luteranorū
ex Diabolo sūt.*

sed se principē oīum afferebat / Phocas rogāte. s. Bo
 nifacio / et idipſū cōfirmavit, apud Paulū diaconū
 in Phoca his uerbis. Hic rogāte Bonifacio / statuit
 sedē Ro. Ecclesiā / ut caput eēt oīum ecclesiarū q̄a
 ecclesia Cōstātinopolitana primā se oīum ecclesia
 rū scribebat. Hæc ille. Quāta fuit iuidissimorū græ
 corū supbia, q̄ ne hoc q̄dē solū iuideſ latinis, sed et
 terrenū iperū q̄d pessimis barbarorū largitā eē for
 tunā q̄rebāt / latinis / pessimos barbaros appellātes,
 sicut scribit Diony. Halicarnaseus & Polybius Me
 galopolitanus. Nec tacēda ē eorū iprobitas / q̄ in oī
 bus ppe Strabonis exēplaribus / locū abrasisse inue
 niunt / ubi ille de Italia scribēs late Romanorū canit
 laudes. Quorū nequitia imitatus Laurērius Valla
 ut hō erat iuidissimus / atq; arrogātissimus, negauit
 Constantinū Ecclesiā / q̄c̄q; aut honoris / aut digni
 tatis fuisse largitū. Q̄d et apper ex qua cā fecisset,
 q̄a. s. cū Romæ uersaret / nō potuerit / q̄ peteret asse
 qui sacerdotia. Aufugiēs igit ad regē Neapolitanū
 quē hostē sciret pōtificis eē aduersus eū ibi stilum
 exacuit / deq; falsa donatiōe Cōstātini scripsit. q̄ res
 multis Italoꝝ ē notissima. Atq; hūc / et Græcos illos
 crediderim imitatos Luteranos / ut nō magis sācto
 zelo / q̄ uera iuidia fuerit icitati / ut sit multis modis
 manifestum. Non quārā igitur hoc loco / an Con
 stātinus a beato Siluestro sit baptizatus cū plærīq;
 Cræcorum refellant eum Nicomediā / ab Arria
 no Eusebio fuisse baptizatum, quod scripsit in
 Chronicis Hieronymus secutus magis quosdam

*Valla prolapsu
 in Sacerdotium.*

ADVERSVS LVTERANOS.

Græcos, qui et alia pleraq; aliis scriptoribus cōtra
 ria de Constantino ibidē retulit, præsertim Grego-
 rio Nazanzeno qui piissime eū cōmenda uit, eiusq;
 tempore Romanū imperiū mirabiliter creuisse cō-
 memorat ob eius pietatē. Et is propior illis tēpori-
 bus fuit q̄ Hieronymus. Si aut̄ uera sunt quæ scri-
 psit Gregorius de eo, nō uident̄ uera quæ scripserit
 Hieronymus, q̄ Crispū filiū crudeliter et Liciniū
 interfecerit, et ab Hæretico baptizatus fuerit. Nam
 Crispū minime intrfecit / Liciniū aut̄ p̄fligauit q̄
 iā Christianos cepisset p̄sequi. Testant̄ Socrates et
 Sozomenus cōtra Hieronymū, testantur synodus
 Nicæna in præfatione / q̄ sanctitatē bonitatēq; Cō-
 stantini lōgissime cōmemorat. Facile igit̄ potuit la-
 tere Hieronymū eū fuisse Romæ baptizatū, q̄n alia
 notiora eū latuerūt, imo cōtraria scripsit / Græcos
 quoq; plerosq; / sicut Eusebiū / potuit ille latere ba-
 ptismus q̄n ne latinis ēt quibusdā fuit notus. Inue-
 nio ēt in Historia uetustissima / q̄ ē in bibliotheca a-
 me sapius cōmemorata / mētione de baptismo Cō-
 stantini. Quē postea q̄ Romanos a tyranuide Ma-
 xentii liberasse scripsisset / tandē hæc intulit. καὶ φλά-
 βισ ὠνομάθη. ἐκ κακοχυμίας δὲ τινὸς λελερωμένος, καὶ δεινῆ
 τινὶ λώβῃ προσεικώς, νεοφαγῶν νηπίων αἵματι λέσασθαι,
 τῶν ἐν τῷ καπιτωλίῳ εἰπόντων θραπέειν, συνέθετο. ἃ καὶ
 πολλὰ ἀβροιδέντα οἰκτείρας ἀπέλυσεν. πρὸς δὲ καὶ χημέ-
 τα πολλὰ ταῖς μητέρας καταδέμενος. πρὸς δὲ τὸν χριστιαν-
 ον ἱερέα σὺλβερον, ἐξ ἐπιφανείας πότερ καὶ πάυλου τῶν ἀπο-

Hieronymi nota

τῶ λων, δ' ρα μὲν ἢ βαπτισθεὶς ἀνεῖσιν ἐκ τῆσ κολυμβήθρασ ὁ
 λασ' ὕγῆσ. Hoc est. Ac Flavius cognominatus ē, sed
 cum ex mala humorum affectione in lepram inci-
 disse, dirumq; aspectū præ se ferret consulentibus
 sacerdotibus Capitolii sanguine nuper cæsoꝝ
 infantium, morbo statuit per abluionem succurre-
 re. Quos iā plurimos collectos, miseratus dimisit
 insuper donatis matribus. Postea ad Christianum
 sacerdotem Sylvestrū accurrens, apparentibus illi
 Apostolis Petro et Paulo ab eoq; baptizatus, inco-
 lumus e lauacro ascendit. Hæc ille. Id ipsum in con-
 fessione sua, quæ nuper cum operibus diui Clemen-
 tis in Germania impressa est, fatetur ipse Constan-
 tinus, ut licet omnibus aperte cognoscere. Vbi Im-
 perator optimus fatetur se lepræ morbo detentum
 medicos accersisse, illos infanticidium suggestisse
 se facinus exhorruisse. Petrum ac Paulum noctu si-
 bi apparuisse, et reliqua quæ habentur in historia
 sancti Sylvestri. In Germania hoc impressum, et to-
 to orbi ad uideꝝdum expositum. Atq; hanc rē quia
 notissimā eruditis arbitror, alius perscrutandā mi-
 nime censeo. Eruditos autē dico non quales Lute-
 rani, qui cum duas Græcas uoculas tenuerint, Lau-
 rentianum assumunt supercilium, cum nōdum in
 archana litterarū penetrarint, et ad suum arbitriū
 de quauis re diiudicāt. Clarū igitur est ipsum Cō-
 stantinū Romā reliquisse, ut eam soli Christo atq;
 Apostolis traderet. In qua tamen si Imperatores alii

Post Constantini mortem cum plerique Caesarum in oriente regnauerunt:

ADVERSUS LVTERANOS.

quot, post eius mortem regnarint id tamen factum est propter summam necessitatem, cum uidelicet duo eent, uel tres Imperatores, quos eadem regia Constantinopoli capere non posset. Factum etiam propter occidentaliu rerum periculum. Orta quippe post Constantinum grauissima in occasu bella, opusque erat presentia Imperatoris. Sedes tamen praecipua fuit Constantinopoli, eadem est causa quod Romanus Pontifex, tot prouincias non retinuerit, quas Constantinus concessisset, quod renuerint sancti illi Pontifices eam administrationem, et quia non ita concessisset Constantinus, ut ab eis tantum regibus administrarentur, sed ut eent eorum in his locis summa autoritas, ut oes illis nationes utriusque patribus obsequerentur, quod apparet in his qui post Constantinum fuere, Pontificibus, quorum multo maior fuit autoritas ac potestas et ueneratio, quam sit hac repestata, possemus ab illo tempore per oes aetates descendere, et summam atque excelsam ipsorum Pontificum cum summa sanctitate coniunctam dignitatem ostendere. Verum sunt adeo nota, ut neminem esse putem qui nesciat. In sanctis autem omnibus synodis, quae post Nicenam celebrate sunt apparuit principatus semper Romanae sedis, quas cum describunt Graeci oes scriptores, imo ipsemet se synodi, docent sub quo Imperatore, et quo Pontifice Romana facta sint. Nam de prima sic scribunt. ἡ πρώτη ἀγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος γέγονεν ἐπὶ τῆς ἐν ἀγίοις βασιλείως κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου καὶ σιλβέρου πατρὸς ὁμῶν. Hoc est prima sancta & uniuersalis synodus fuit sub sancto Imperatore Constantino magno & Syluestro Papa Ro-

*Concilium generale
beruina.*

ma. Quo loco fallit historia tripartita, q̄ sub Iulio
 q̄ successerit Siluestro, hāc synodū docet eē celebra
 tā. Ex eoq; error ē manifestus, q̄ scribat nō potuif
 se Ro. Pōntificē synodo adesse præ senectute, et n̄
 monstrat eū, post synodū, ultra. xv. annos uixisse.
 Quare & hac rōne & oīum scriptorū autoritate di
 gnus ibi scriptor repræhēsiōne ē. De secūda quoq;
 synodo ī hūc modū scribitur. ἡ δευτέρα ἀγία καὶ οἰκουμε
 νικὴ σύνοδος γέγονεν ἐν κωνσταντίνῃ πόλει ἐπὶ θεοδοσίου τοῦ μεγάλ
 οῦ βασιλέως, καὶ δαμάσκου πατριάρχου. Hoc ē, Sc̄da sancta
 et uniuersalis synodus, celebrata ē Cōstantinopoli,
 sub Theodosio maiore Impatore: & Damaso Papa
 romę. De tertia simili mō. ἡ τρίτη ἀγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνο
 δος γέγονεν ἐν ἐφέσω τὸ πρότερον. ἐπὶ δὲ θεοδοσίου τοῦ μικροῦ βασι
 λέως, καὶ κελεσίνου πατριάρχου. i. Tertia sancta et uniuersa
 lis synodus fuit ephesina prima, sub Theodosio iu
 niore impatore & Celestino papa Romę. Et de q̄r
 ta. ἡ τετάρτη σύνοδος οἰκουμενικὴ γέγονεν ἐν χαλκιδόνι ἐπὶ μαρκιανῶ
 τος εὐσεβεῶτος βασιλέως, καὶ λεωντος πατριάρχου. Hoc ē. Q̄r
 ta uniuersalis synodus facta ē Chalchidōe, sub Mar
 ciano piissimo impatore, & Leone Papa Romę. Sic
 de Quinta ἡ πέμπτη ἀγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος γέγονεν ἐν κων
 σταντίνῃ πόλει, ἐπὶ Ἰουστινιανῶτος τοῦ μεγάλου βασιλέως καὶ βιγιλίου πα
 τριάρχου. i. Quinta uniuersalis synodus facta ē Cō
 stantinopoli, sub Iustiniano. V. Impatore, & Vigili
 o papa Romę. De sexta, eadē rōe, ἡ ἕκτη ἀγία καὶ οἰκ
 μενικὴ σύνοδος γέγονεν ἐν κωνσταντίνῃ πόλει, ἐπὶ κωνσταντίνου τοῦ
 πρώτου μέν Ἰουστινιανῶτος, ἀποχόνου δὲ ἡρακλείου, καὶ ἐπὶ ἀγαθωνος τοῦ πα
 τριάρχου. Hoc ē Sexta sancta et uniuersalis synodus

Histo tripartita
 2207

ADVERSVS LVTERANOS.

celebrata est Constantinopoli sub Cōstantino pa-
 tre Iustiniani, nepote uero Heracli et sub Agarho-
 ne Papa Romæ. Animaduerte uero, q̄ q̄ hęc præ-
 cesserit antecedentē / propter summam tamen illius
 dignitatē illa præferitur huic, licet fuerit posterior.
 Septima quoque scribitur, ἡ ἐβδόμη ἀγία σύνοδος καὶ
 αὐτῆ οἰκουμενικὴ γέγονεν ἐν νικαίᾳ τὸ δεύτερον, ἐπι κωνσταντίνου
 βασιλέως, ὑ ἐρήνης τῶ αὐτῶ μητρος, ὑ ἀδριανῶ πάπᾳ ῥώμης
 Hoc est septima sancta synodus, & ipsa uniuersalis
 celebrata est Niceæ, secundo sub Constantino Im-
 peratore et Irene matre, et Adriano Papa Romæ.
 Hęc non tam ut hunc locum adiuuaremus / prolu-
 limus, q̄ ut rem gratam studiosis faceremus. Ul-
 timo loco ponam decretum Concilii Florentini, in
 quo Græci et Armeni principatum Romanæ sedis
 clarissime confessi sunt, quod Concilium Arabice
 Græce et Latinæ scriptum est / ut ipsi exemplaria
 propriis oculis uidimus. Græci ergo una cum Impe-
 ratore et Armeni ueterum sanctorū dicta, et syno-
 dorum atq; Imperatorum edicta sequentes / sic di-
 xerunt. Diffinimus sanctam Apostolicam sedem,
 et Romanum Pōtificem successorem esse beati Pe-
 tri principis Apostolorum, et uerum uicarium Iesu
 Christi, totiusq; ecclesiæ caput, et omnium Christia-
 rum parrem et doctorem existere. Et ipsi in beato
 Petro, pascendi, regendi, et gubernandi uniuersalē
 ecclesiam a Domino Iesu Christo plenā potestatē
 traditam eē / quēadmodum et in conciliis uniuersa-
 salibus

*Florentini
 concilium.*

salibus et sacris canonibus cōrineretur. Sic illi. Audi-
 stis ergo ut confirmant, hoc ante per concilia, et ca-
 nones, fuisse decretū? Atq; hi sunt canones, qui su-
 pradicta iura Cōstantini, aliorumq; imperatorum
 continebant. Ut nihil ibi possit esse suspectum, atq;
 apocryphum, ut ad sua forte præsidia recurrentes,
 mentirentur Luterani. Demum traditā esse a domi-
 no beato Petro, potestātē ut posset ligare & soluere
 eamq; facultatē suis successoribus relinquere, sic ex
 Clemente cognoscere, qui ad Iacobum fratrem Do-
 mini, de obitu beati Perri, et de his quæ ante obitū
 dixisset, scribēs, sic prima suarum Epistolarum ait.
 Clementem hunc Episcopum uobis ordino, ipsiq;
 trado, a domino mihi datam potestātē ligādi et sol-
 uēdi, ut de oībus q̄ decreuerit in terris, hoc decretū
 sit et i cælis, ligabit. n. qđ oportet ligari, et soluet qđ
 expedit solui. Ex quibus apparet, quō illud Euan-
 gelii sit intelligendum. Quodcunq; ligaueris &c.
 qđ extorquent & peruertūt Luterani, et qui eorum
 placita sequuntur, ut auferāt oīo Romano Pōrifici
 ligādi, ac soluēdi ptātē. Ecce uidimus, ipsi Apосто-
 li, quō eū locū intelligerēt, ut qui prius a Dño edo-
 cti atq; instructi fuissent. Veritas igit̄ nemini nisi p-
 tinacissimis, obscura est. Erit aut̄ et his nota / sed illi
 qui gloriā ac nomen rerū nup̄ ab se reptarū se a dei
 pros arbitrat̄, n̄ recātabūt ipietatē, ne pristinū decus
 amittāt, ut pluris nomē q̄ ueritatē fecisse noscātur.

SECVNDI LIB. FINIS.

G

*Cur ueritas
 reuocari dicitur
 non.*

LIBER TERTIVS ADVERSVS LVTE
RANOS, QVOD CHRISTIA
NA RELIGIO, NON
SIT SVPER
STITIO.



Voniam uero Lutetani, et hi quibus eorum placita placuerunt, quorum est ingens numerus, eam in omnium peccatore opinionem suscitauerunt, pietatem Christianam maximis infectam esse superstitionibus, totoque tempore in ea confessione persistunt, semper ingerunt auribus omnium mortalium, non religionem nos priuatim/ac publicam, sed superstitionem habere praemanibus, Et quod crudelius est, non iudicatis modo nos aequales saepenumero faciunt, sed multo etiam miseres/ac superstitiones, dicendum aliquid est contra inauditam hanc crudelitatem, quae lacerat/ac dedecorat tam faede populum christianum. Neque religionem solam infamat ac dehonestat, sed etiam eos qui religionem, qua nihil nobis melius praestare poruissent/condiderunt. Primum ipsum eius parentem Deum, tum reliquos omnes sanctissimos/ac doctissimos uiros, quorum genus e caelo fuisse dixerim. Atque haec quidem saeva proclamatio, barbaricaque assertio, quantam omnium corruptelarum luem ueluti scelerum rapidissimus torrens secum in hunc mundum attulerit, quae mores

totius Christiani populi corruperit, in quam om-
 nium pessimarum opinionum uoraginem totum
 genus humanum coniecerit, nulla ratione explica-
 ri potest. Quem enim utriusq; sexus pessima lues
 non corripuit? Cui non mentem funditus euertit?
 Nulla fuit unq̄ diabolo tam opportuna, tam uali-
 da uirtutum oppugnatio. Nec ullam tam diuitem,
 tam uariam et copiosam e bellis suis reportauit ui-
 ctoriam/nec beatiorē duxit unq̄/ deuicta pietate/
 triumphum. Hæc deniq; hæc fuit digna suis frau-
 dibus molitio, Nunquã se in facinoribus suis gessit
 præclarius. Nihil elaborauit unq̄ in quo tot p̄ com-
 pira rartarea, deuictaq; gentiũ suspenderet exuuias.
 Oppressa enim ibi est pietas, ubi contra superstitio-
 nem stari uidebatur. Ibi corruit religio, ubi defendi
 et propugnari credebatur. Victoria penes impieta-
 tem restitit, quam Lutherani contra superstitionē cō-
 gredientes/religioni fuerant polliciti. Atq; id uitio-
 ne et errore ip̄orum acciderit, an cōsulto et præme-
 ditato id et quasi ex coniuratione gesserint, nō faci-
 le est dictu. Etenim tam fædum ac terrum rerũ exit-
 um eos expetuisse, non est fere probabile, qui nul-
 lam illis utilitatem/sed calamitatem uniuersis attru-
 lerit. Rursum cum eos in media strage/in ipso san-
 guine exultare/uideamus, et si quæ restiterunt reli-
 quæ pietatis, etiamnum eas insequi, uidentur si-
 ne dubio / et huius mali prius cupiditate exarsis-
 se / et non alium exitum, a principio sibi animo

AD VERSVS LVTERANOS.

præfixisse. Quæ si uera sunt, au sim eos cum perditissimis eorum tartareis ducibus conferre, cū furiis, cū pessima quaq; generis humani Tisiphone, quæ ad hanc coniurationem inuocasse uidentur, et sanguinem trucidatæ pietatis illi deuouisse. Atque hoc inuenti sunt omnibus hæreticis deteriores, quo induci pietatis habitū, sese in castra religionis intulerunt, et ut erant proditores, ingentem ibi stragem ediderunt, dum aliud sentire uiderentur, q̄ qd̄ præ se ferent. Notumq; est, q̄ magis sint hostes occulti, ac manifesti formidandi, qui sub amicitia prætextu / acerbissimas inimicitias exercent. Eos igitur tanto est christiana religio pestilentioris experta, quanto minus illi insidiari uidebantur. Atq; hoc quidē ut dixi potuit fortasse eorum errore accidisse, ut dū emendare uellent religionem, impietatem ingesserint. Sed si ad hoc munus suscipiendum non a seipsis incitati, sed a spiritu sancto uocari accessissent, alium profecto exitum eorum conatus habuissent, Verum cum gloriæ et famæ spe, rū aliis quibusdā animi pessimis motibus, inhumanū et ut uerius dixerim diabolicum officium susceperunt, ut in ipso opere appareret, a quo missi fuissent. Nam et charitatis quæ omnium honeste susceptarum actionum perpetua est comes, nullū in eorum dictis et factis uisum est uestigium / sed quæ illi cōtraria est potius crudelitas et inhumanitas, totius tragœdiæ habenas moderata est. Quid enim est ab illis dictū / qd̄

non esset tumoris / fastus atq; arrogantia plenum,
quæ nullū habent cū charitate cōmerciū? Quid ue
ro ab his expectare poteras, quos crudelitas atq; ar
rogantia, ueluti transuersos ad scribendū rapiebat?
Nonne ipsa uerba restantur, ipse sonus, ipsa tota lo
quendi series, quæ pectora loquentiū fuerint? Quis
spūs mentē impleuerit? Diuinus spūs benignus ē,
humanus est, non extollitur neq; extollit, Nō infla
tur, neq; permittit inflari quos cōplexus fuerit. Tol
lit arrogantiam, tollit superbiam, ostentationem, fe
ritatem, oēsq; id genus sordes extra mentē extermi
nat, sicut sole tenebræ repente fugantur, sic incon
trarium peruersus spūs, primum humanitatē atq;
suauitatem adimit animo, ingerit superbiam, Bar
bariem inducit, inducit aliorum cōtemptū. Serit ap
peritum nocendi, odium et execrationem aliorum.
Nulla deniq; est pestis, quā non breui ad animū aci
cumulet. Ac sic affecte mētes et in agendo et loquē
do manifestius ostenduntur. Neq; uero factum est
unquam, ut quæ diuinus spiritus tentasset effice
re, non felicem semper euentum sortita fuerint.
Quæ autem stragem aliquam animorum siue cori
porum attulerunt, diabolicam sine dubio fraudem
indicanunt. Vtrūq; in hoc Luterano conflictu con
spectum est. Quære enim quid emolumenti Chris
tianiis attulerit hæc hæresis. si corpori, inuenies per
eam infinitas esse cædes perpetratas. Si animo, nul
la fuit crudelior pestis unquam, quæ magis sensum

ADVERSVS LVTERANOS.

labefactarit humanū. Derrimētūq; fuit in artificio,
 quia eiecta et propulsata ē pieras ubi eā purgare su
 perstitionibus promiserant. Imbutiq; sunt oēs mor
 tales pessimis opinionibus ut siquid agāt piū, mox
 occurrat superstitionis suspitio. Quis igitur dignis
 ac ueris lachrymis tantā calamitatem deplorauerit,
 qua oē pene christianū genus ē attractū? Hoc nouū
 certe fuit genus hæreseos, quæ nihil cōtra uel diuini
 nitatē trium personarū in uniuersum, uel aliq̄ triū
 personarum moliri uisa est, quod aliæ fecerunt hæ
 reses, ideoq; magis manifestæ, et labē suā minus cæ
 lantes. Hæc aut̄ tantum abest, ut Deo aduersari ui
 deretur, ut restituere potius eius syncerū et rectum
 cultum crederetur. Eoq; habuit multo plures, qui
 eius fidē sequerētur. Qui quidem primum, illa pro
 babili specie allecti, totos se illius fidei cōmēdarūt.
 Moxq; in fidem recepti et ad imitationem admissi
 ibi totius impietatis mysterium imbiberunt. Primū
 autem ut intelligerent in religione christiana nihil
 esse non supersticiosum. Inesse aris et focis, inesse tē
 templis, ieiuniis, orationibus, castitati, superstitionem,
 quæ nihil ad uerum Dei cultum attineāt, sed
 animum potius anxium, ac sollicitū iugiter teneāt,
 quale sit superstitionis. Neq; Deos hisce rebus ue
 hementer delectari, neque illum talia genus huma
 num unq̄ docuisse, uel præcepisse, sed ineptos quos
 dā, atraq; bile laborantes homines, aut etiam solos
 Pontifices inuenisse. Hæc cum audirent sapientes,

*Cur Lutetiana hæresis
 omnium maxima.*

*visus quo capi
 ut sectarios Lut.*

non sunt repente incitati, sed tempus et inducias
 consulendi de tota re postulauerunt, consideran-
 dumq; sibi diligentius dixerunt. Vulgares autem
 et quibus graue religionis iugum iam dudum eēt,
 ingenti plausu, quæ dicerentur exceperunt, quippe
 qui se misera quadam seruitute liberandos crede-
 bant, et in Christi libertatem esse uindicādos. Chri-
 sti enim cultum, iam cum suis præceptoribus sentiē-
 tes, esse dicebant non carnibus: nō uelci non quoti-
 die confiteri, non adire templa, non coram imagini-
 bus orationes fundere, sed aliam quandam religio-
 nem, quæ ab illis suis sacerdotibus, nup̄ esset in hūc
 modum cœlitus delata, quæ animum cum Deo et
 proximo coniunctū semp̄ teneret. Hæc quidē erat
 nouæ illius religionis promissio atq; ostentatio, cū
 pristinae illius, et quam oēs populi christiani a Deo
 et sapientissimis totiusq; orbis præceptoribus tradi-
 tam haberent, derrimēto atq; ruina. Et rationes qui-
 dem uidistis q̄ essent probabiles, q̄ prurientibus au-
 ribus accōmodatæ. Dicendum igitur aliquid con-
 tra fallacissimam hanc gentem, demonstrandumq;
 quo pacto, animo dū libertatē a superstitione pro-
 miserint, eū in miserā impietatis seruiturē coniece-
 rint. Num hæc quā uniuersæ christianorum genus
 a principio habuit religio, sit superstitio? Num posi-
 sit esse alia recta colendi numinis ratio? Num po-
 puli potuerint ad cultum Dei, aliis rationibus
 adduci? Ac de his quidē breuiter differemus. Neq;

¶o dicendos

ADVERSVS LVTERANOS.

enim ex p̄fesso id agimus hoc loco, hæresis quæpe
quæ rã uasta sit, nō potest facile, et sine longa dispu
tatione refelli, sed eius nos tantū improbitatē detege
mus, et fraudes quasdã diabolicas in lucem extra
hemus. Primūq; de religione aliqd dicēdū, ut ostē
damus hanc, et uetustissimos p̄ses n̄ros habuisse, et
nos paucissimis exceptis nō aliud exercere ī religio
ne, q̄ quod illi tradidissent. Dico primum in sen
su humano positã esse rōnē quandã, qua ad cultū
Dei quisq; pro sua sapiētia exciteretur, Hincq; illam
sapiētiſsimorū uirorū uocē esse p̄fectã. Nullã esse
tam ferã gentē, rã cultus humani et rōnis expertē,
quæ nō alicuius Dei numē ueneret, ac suppliciter
colat. Est. n. animi et rōnis id propriū, ut sensus in
eo prope nullus futurus sit, in quo nullus sit ad uer
nerandū Deū instinctus. Positū itaq; sit in hoīe in
teriore, quē rōnem siue animū uocamus, ipsam suis
artibus fabricasse nãturã, uim quandam atq; impul
sum, ut sponte n̄ra ad amorē numinis, quæ uenera
tio et cultus dicitur, icitemur. Is impulsus unde na
scatur etiã scitu esset dignissimū, sed q̄a partim nō
est huius loci ea explicatio, partim quia copiose sur
per eo, in libris de pietate disputauimus, mitremus
hæc in præsens tempus. Neq; enim magnarū dispu
tationum fundamenta iacimus, partim q̄ id uberi
rime tractatur in sanctis litteris, ut nihil aliud pro
pe continere uideantur. Viget igitur ea uis in sensu
cogitãt oēs gentes esse aliquod multo hoīem præ

cellens, cui parere debeat, ac subiici homo. Hæc ratio latere in animo semper nõ poterat, sed lucem et aspectũ apperebat. Tum et illi qui sibi colendũ esse Deũ sentiebant, putarunt non ea solũ cogitatione et intelligentia, ipsum cultũ contineri, sed alio quodã effectu, qui ab illa cogitatione et intelligentia proficisceret. Reperta igitur sunt templa et aræ, Reperta sacrificia, repertæ ceremoniæ, quæ oẽm eũ cultũ complecterentur, qui sensu prius fuisset cõceptus. Utq; oratio quæ profertur ore, nõ differt ab ea, quæ corde cõcipitur, tantũ loco discrepans, sic et is interior cultus et exterior, idẽ necessario sunt. Atq; hic miserrime et se et alios, fefellisse Luteranos certissimũ ẽ, qui reiecerunt et dãnarunt exteriorem hunc cultũ, quem qui tollit, interiorẽ quoq; illũ tollat necesse est, si nõ sapientibus, ipsi certe multitudini, q̄ leuem interioris illius tenerõnẽ. ideo extrinsecus opus est eã excitare ad illã interiorem itelligentiã. Atq; fuit hæc rõ, cur tãtã in religione stragem Luterani fecerint. Nã cũ et uulgares et sapientes in colendo Deo pares esse uoluerint, Sapientes enim animo et sensu tantũ, Deum adorare recte possunt, ad hanc legem etiã imperitos trahentes illi, asseuerantesq; exteriorem hunc esse superstitionem, utranq; pietatem pariter sustulerunt. Exuti igitur omni pietate, meræ feræ relictĩ sunt. Cũq; pietas oẽm ex aĩo propellat imanitatem, omnemq; truculentiã, ac quicquid ibi ferinũ inuenerit repente abigat, atq; exteri

ADVERSVS LUTERANOS.

minet hi qui omnem religionem amiserunt, non mirum, si non homines, sed furiae diabolicae, et spiritus e tartaro progressi uideantur. Aufer enim homini religionem, suam etiam illi naturam abstulisti, ut cum feris facile rum possit comparari. Haec igitur fuit fraus illa Diaboli pestilentissima quam per Luteranos intulit in mundum. Sublatis enim aris ac templis, sublatis sanctis Dei, et sanctorum imaginibus, quae memoria ipso diuorum quasi facta narrarent, sublatis et ceremoniis quibus Dei exterior ueneratio exprimitur, etiam ille bonus animi sensus est extinctus. Nonne uero sapientes religionem exteriorem, apud quasque gentes reperisse credimus? Ut enim eloquentiae et societatis humanae congregandae autores, sapientes fuisse uolunt, sic religionem, sapientissimos quosque, quae praestat eloquentiae rebusque omnibus humanis, excogitasse necesse est. ductam tamen ab interiore, quae illorum animis concepta fuisset religio, ut igitur illi pietatem quo meliores ac mitiores efficerent homines repererunt, sic truculentiores effectos eos necesse est, quibus Luterani pietatem adimerunt. quod certe etiam apertissimum est. Sed ad aras, templa, ceremoniasque reuertor. Quis ergo non percipit omnem exterius apparetem religionem, esse rem praclarissimam, atque humano generi utilissimam? Tres autem causae sunt, quibus ad eam laudandam, approbandamque moueamur. Primum quod omnis exterior religio exprimit, ac repraesentat eam, quam in animo existit pietatem, atque uti eam sanctissimam mentem praedicit

camus, q̄ notionē ac iugem meditationē diuinitatis
 secū habet, ut ei quasi semp sacrificet, sic eādem
 laudem et cōmendationē debet promereri / q̄ Deū
 exterius semp uenerat. Deinde q̄ sit a sapientibus
 repta, ut animi atq; intellectus religionē docuerit q̄
 dē natura et inuexerit, hanc uero q̄ cernit, illi in me
 diū extrulerint, qui capacius q̄ reliqui edocti prius a
 natura / quiq; careris essent sapiēiores, populos ad
 rem aequissimā iducere oprauerint. Postremo q̄ ad
 utilitatem generis hūani sit cōdita / atq; ita cū tres
 honestissimæ causę cōdiderint religionem, q̄ eā tol
 lunt a tribus in cōtrariū pessimis causis istigari ne
 cesse est. Primo carent itēre pietate: tū nulla sunt
 præditi sapia: postremo nō mō nō utiles, sed exiria
 les potius humano generi eē cōcupiscūt. Hic illi oc
 current fortasse / et se non religionē / sed supstitionē
 dānasse dicent. Vex hic nō mō mēdaces / sed et fal
 lacissimi depræhendunt. Mendaces q̄ dē q̄ scelerat
 issime mentiunt / dū id dicūt esse supstitionem q̄
 sit religio, ut paulopost pbabimus. Fallaces aut q̄
 genus hūanū deprauatis noībus fallere studuerūt.
 Perinde si q̄s uolēs alios auertere a capescēda sapia /
 eā stultitiā eē diceret. Sed hæc ut dixi multo clarius
 paulopost ondēt. Declaratū ē igiŕ ordinē fuisse na
 ture / ut religio prius aīo ac rōe cōcipet, postea sapiē
 rissimi q̄q; et utilitatis hūanæ studiosissimi / eā foris
 exprimerent / ut magis ad tā sacrū rōnalēq; affectū
 oēs aīarent, ac inter nos et Luteranos de priore illa

ADVERSVS LVTERANOS.

religione fortasse nulla est controuersia. Dicēt. n. et ipsi quod et nos ante statuimus, animi religionē eē uenerationē Dei, eē animi motū, sese ad cultū Dei sui excitantis. In secūda uero statuenda, necessario discordia est. Nā illi aut nullū esse uolūt exteriorē, ac secundā religionē: aut aliā, q̄ nunc exercēt populi christiani, Appellāt. n. eā sup̄stitionē. Itaq; utrūq; cōprobemus, necessario. s. quendā esse exteriorem Dei cultū, et hunc aliū esse nō poruisse, q̄ eum, quē nunc tenent christiani, ut si esset aliū, eēt potius superstitio. Ac de prima quidē rōe, quoniā satis multa differuimus, nō multa uerba faciemus. Diximus igit̄ rōnis humanæ atq; naturæ fuisse, ut Deū ueneratione dignū agnoscerēt et barbaræ et imanes nationes. Hæc agnitio nō æqualis est in oībus, sed lōge ea q̄ in aīs sapientū continetur, præstat ei quā tenent uulgares ea de re. Ut n. iuste recteq; uiuendū, nō æque uideēt oībus decorq; ac magnificū, et tñ ad id et nostræ naturæ principiis et iure societatis humanæ prouocamur, sic numen esse colendum non tam cognoscitur ab oībus. Ipsa quoq; cognitio tametsi cūctis inesset, multo tñ diuinior atq; maior ea est, q̄ sapiētis aīo cōtinet̄. Appello sapiētes hic, quales in oī natione reperias, nōnullos. s. quī cum multitudine non sentiant, sed priuatū uitæ genus, priuatas opiniones sequantur. Horum est ante omnes sensus diuina cognitiōe et ueneratiōe plenus. Quoniāq; intelligūt nullā eē in humanis tam iustā rem

Exterior cultus necessarius.

tanq̄ hominibus utilem, q̄ ut omnium mētes summa
 ma colendi Dei cognitione imbuantur, Hoc enim
 esse omnium bonorum principium, fontemq; iusti-
 tiæ, concordiaē et societatis humanæ principiu, eo
 inducti sunt, ut quantas possent rationes excogita-
 rent, quibus populos ad tantam equitatē allicerēt.
 Consilium igitur Dei, sapientissimorumq; omniū
 fuit, ut magna Dei colendi cupiditate mortales in-
 cenderentur propter iustitiam atq; utilitatem. Non
 solum uidelicet quia foret id iustissimum, uerū etiā
 utilissimum. Quoniamq; populos, in errores pro-
 pen sos animaduertent, et his quæ ad corpus atti-
 nerent, maximis et perpetuis curis insistere, & ad id
 non tam necessitate, q̄ praua quadam et stolidi cupi-
 ditate compelli, ut nihil in terris aliud prope mo-
 luerentur, q̄ uti formicæ, diuitiis et cōmodis huius ui-
 tæ accumulandis incumberent, et ob id auerti unū
 quēq; ab optimis rerum maiorum studiis, animadu-
 uerterent, operam dederunt, ne uulgus dum corpo-
 ris utilitates quæreret, in naturam beluinam dege-
 neraret, et ne ipsa quidem bona corporis inueniret,
 quia ubi nō est Dei ueneratio neq; concordia, neq;
 charitas et iustitia esse potest. Fugata uero iustitia;
 nulla erit aut solida, aut diuturna inter homines læ-
 ritia: sed luctibus et cædibus perpetuis conficiētur.
 Viderūt igit̄ sapientissimi illi uiri, imo ipse Deus,
 ut nisi populi aliqua numinis uenerandi opinione
 imbuerētur, fore ut homine nulla belua esset crude

ADVERSUS LUTERANOS.

lior et immanior. Ad id uero illos excitare, magna
 quoque occurrebat difficultas. Quippe qui ut di-
 xi tantū, ad huius uitæ cōmoda uiderentur procli-
 ues. Resistendū tñ huic prauitati pro uiribus, duxe-
 runt. Repraq; sunt ab illis ea quæ disceret populus
 esse grata Deo, et quibus qualiactūq; essent / numini
 deuincirentur / sacrificia / præcationes / hymni / ritus
 quidam / adire tēpla, quæ Dei domus credebantur.
 Atq; eo suæ pietatis officiū uulgares exprimebant,
 qui nihil scirēt aliud esse Deo carū. Dicoq; duplex
 esse sacrificiū / duplicē pietatem / excelsam quādā, al-
 terā humilē. Priorēq; in castissimis de Deo, deq; re-
 bus hūanis / opinionibus cōsistere / cogitare de Deo
 quæ dignissima Deo sint. Eū purissimis animi coi-
 gitationibus habere cōceptū. Nihil indignū de eo
 sentire. Suum spūm / illius spūi subdere. Se plē eius
 agnoscere. Atq; hæc est eximia et præstātissima pie-
 tas / quā pprie sapienti tribuemus. Oñdi quē dicerē
 eē sapiēre / ne noīe decipiamur. Altera pietas humi-
 lior est, ac depressior, posita in cerimoniis et ritibus
 quibusdā / qui tantū Deo grati sunt / quāta simplici-
 tate et pietate peragunt. Tātūq; sufficiet plebeio et
 uulgari / humilis ista pietas / quantū sapiēti excelsa
 illa ac grauissima uenerario. Illud quoq; est uero ue-
 rius / fieri nō posse, ut utraq; pietas / utriq; generi cō-
 ueniat. Vt. n. nō oēs sapientissimi, sic nō oēs ad ex-
 celsam illā pietatē: possunt aspirare attamē et humi-
 liores placēt Deo, capillus capræ, et calix aquæ fri-

gidæ fuit gratus Deo / pp offerēris charitatē ac pie-
 rarē. Qui ergo humilē hūc cultū sustulerit / impru-
 dentissimus sit necesse ē. Qui uocer ēt ipsum super-
 stitionē. Nā et minima sunt grata Deo, ēt q̄ morta-
 les putent abiectissima, pp offerentiū pietatē. Quo-
 niāq; uulgares / ad maiorē illā religionem attingere
 nō p̄nt, exuent̄ oī pietate / si q̄s et hāc illis accō mo-
 datam abstulerit. Quod a Luteranis est euidentissi-
 me perperratū. Quanq̄ illi nō solū leuē istū et hu-
 milem cultū sustulerunt / sed illū ēt diuiniorē. Ea si
 quidē penitus intercipere laborarunt / quæ tum ad
 eximiā inducerent pietatē, tū eius quandā spēm re-
 præsentarēt / ut id uiderēt et amaretur ab oībus / qd̄
 paucissimoz; erat ante / mente cōpræhēsū / ibiq; de-
 litescebat. Quoniāq; de duplici cultu p̄miscue hęc
 pauca diximus, de secūdo aliquanto plura differa-
 mus / tunc uidebimus et interiorem et exteriorē reli-
 gionē Christianoz; esse sanctissimā ac diuinissimā /
 ac maxime cœlestē. Ut ille sit p̄ditissimus / q̄ ipsam
 appellet superstitionē / nō minus / ac si diuos, dæmo-
 nas diceret, agnoscemusq; tā illis īp̄sis qui mēriunt̄
 exitialē calūniā, q̄ his q̄ eos audiunt. Nā cū plures
 fuerint olim religiōes / aliæ q̄ dē despiciatissime atq;
 abiectissime / una uero fuit dignissima religio chri-
 stiana / q̄ dicra ē ab illa ueteri melioreq; oībus q̄ tūc
 inuenirent̄ / religione. Quo aut̄ præstat hęc reliq;
 omnibus illud uidelicet est / q̄ talem esse exteriorē
 religionem necesse est / qualis sit concepta de numi /

ADVERSUS LUTERANOS.

ne opinio. Ut qui propius uel meditādo uel munerē
re Deū ad eius cognitionē accesserit, is perfectiorē,
honestioremq; religionem sit conditurus. Atqui
gentes nihil de natura diuina habebāt cognitum,
præter id quod a natura ipsa didicissent. Ea; ratio
fecit, ut ineptissima eorū esset religio, ut saluū et agi
ratione corporis, ludis, & armis et pompis, ac cædi
bus interdum, ac uictimis humanis Deum delecta
ri putarent, atq; ex his eorū constaret religio. Quia
igitur error in mente et falsa in animo concepta fue
rat religio, errabatur etiam in exteriori cultu. Poterāt
uero alia de Deo didicisse, sicut et eorū pleriq;
didicerunt: sed neq; naturam secuti, perfecte edocti
fuisse. Ratio igitur q̄ omnium præcipua et præ
stantissima sit christiana religio, ea est, q̄ tum a Deo
est condita et reperta, tum ab his qui Deum audie
runt, & eius uocem ac præcepta coram perceperūt.
Ex quibus castissimam, ac sanctissimam religionē
condiderunt. Quæ non sit aliud, q̄ illius diuinę co
gnitionis et amicitia; quam illi cum Deo habuerūt
species repræsentata, et ideo necessaria, quæ nos ad
eam inducat amicitiam, atq; cōiunctionem felicissi
mam. Dicamus igitur, religionem scientiam esse co
lendi Dei. Ius et formam et rationem, qua purissi
mus, ac perfectissimus Dei cultus continetur, ut in
eum locum ac statum adducamur, ubi fuissent illi
qui eam reppererunt. Huius ergo diuinæ, ac sapien
tissimæ religionis maiestatem, et incredibilem infi

nitamq; utilitatem tres potissimum rationes ostendunt, Inuenta est enim a Deo absoluta ac perfecta a diuinis ac sapiētissimis hominibus, grauissimisque consiliis roborata. Deinde q; utilitatem incredibilem asserre cernitur his, qui eam sequuntur. Efficit enim eos iustos, castos, modestos, pios, nullaq; ē maior utilitas ea, quæ de uirtutibus nascitur. Atq; hæc quidē quæ dixi, adeo certa sunt, ut si quis ea neger, impudentissimus omnino sit. atq; hoc est q; Lutera ni, dum tollunt religionem, tollūt omnem uirtutē, et in feras et quidem immanissimas, homines transformant. Dico igitur religionem christianam non tam interiorem illam q̄ exteriorem, et eam quæ ritibus, ac cerimoniis continetur, esse diuinissimā, pulcherrimam, grauitate, honestateq; plenā, quæ homines nisi corruptissimi sint, facile molliat, et ad meliorem transformet. Nihilq; in ea esse, nullum institutū, nullam partem, quæ non sit admirabilis, et eorum sanctissimam, cælestemq; sapientiam attesterur, qui eā reppererunt. Dicoq; hanc fuisse causam ut illi tam diuina instituta reperirent, q; essent spiritu diuino pleni. Neq; aliud esse hanc religionem, q̄ mentium illarum sapientissimarū expressionē. Dico quoq; nullum esse ex his institutis, quod non possit sua bonitate unūquēq; allicere ad pietatem, modo aliud in causa non sit. Neq; aliam esse posse rationē, qua ducamur ad pietatem. Itaq; quoniā hæc de christiana religione dicimus nō illa interiore sed exteriore, et

ADVERSUS LUTERANOS.

ea quæ ab omnibus conspicitur, quæ oculis patet intruentium populorum, quæ ritibus et cerimoniis continetur, appellandæ sunt suo nomine singulæ illius partes, ut facilius quod dicimus intelligat. Vbi igitur religio Romanorum ludos exercebat, ignem in custodiâ urbis asseruebat, popas peragebat, sumptuosa sacrificia offerebat, saliebat atque alia id generis fieri poscebat, in hac uera generis humani religione, longe alia fiunt. Primoque eam duobus sanctissimis membris consistere assero, pietate erga Deum, charitate siue iustitia erga homines. Cætera que in ea exerceantur, horum ad alterum semper spectare, omnemque eius ritum, omnem cerimoniam, aut Dei uenerationem exprimere, aut ad salutem et charitatem erga alios pertinere. Ergo et numerosissima templa, et aræ copiosæ erectæ sunt, quas homines ad eundem Deum suum uenerantur. Ibique ritus sanctissimos honestissimosque intrantes, intrus ad maiorem pietatem commouentur. Hymni autem qui Deo canuntur, partim precationes sunt quædam, partim præcepta, partim totius christianæ religionis confessio, quæ Deum omnium fuisse rerum repertorem prædicat. Eius inauditam maiestatem, infinitam potentiam, misericordiam et clementiam incredibilem, bonitatem inextrimabilem, charitatem erga genus humanum manantem ex eius bonitate, sine fine prædicat et confiterur. Et id quantum a solis sacerdotibus fiat, fit tamen in confessionem totius christiani populi, totiusque Ecclesie. Ea que nulla iu

*De Psalmis.
Hymnis*

Stior, nullum tam efficax sacrificium. Habemus. n.
 gratias de innumerabilibus ab eo acceptis beneficiis
 eorumq; nos esse memores ostendimus. Atq; hoc
 quidē sanctis hymnis efficiē. Quid uero de sacra
 missa dixerim, cuius tot sunt sacramenta, quor uer
 ba, quot ritus? qua tota seruatoris nostri passio con
 tinetur, ac repræsentatur? Vbi diuinum sacrificium
 perficitur, pro salute totius christiani populi hostia
 imolatur? De qua re non multa hoc loco uerba fa
 cio, q̄ non meū est institutū, et a plurimis est de eo
 disputatū. Imagines aut per tēpla depinguntur, nō
 ut errantē uetustatē sequamur, quę porrenta et be
 stias et turpitudines, scēdissimaq; fabulas, terraq;
 Tragedias oculis spectantiū exhibebat, et q̄ ma
 gis erant tenebris ac latebris occultanda, in propa
 tulum extrahebat. Aut certe pingebant eos, qui
 nunquam fuissent. Herculem, Mercurium, Satur
 num, quorum aut falso uita commemoraretur, aut
 qui homines fuissent, eorumq; res gestæ nihil habe
 rēt memoratu et imitatione dignum, sed aut furta
 essent aut cædes et incestus, et quę his similia sunt.
 His non sunt similes imagines Christianorum,
 Sed quia Saluatoris nostri, sanctissimorumque
 Heroum res gestæ legi ab omnibus non pote
 rant, inuentum est, ut etiam picturis describeren
 tur, quas qui intruerentur, non minns haberent no
 tas, arque hi qui libros aduissent. Neque uideo,
 etiam ueterum testimonio, quid inter picturam

De missa

Imagines

ADVERSUS LUTERANOS.

*probatum a scriptis:
in quo differt.*

distet ac scripturam, quæ quæ altera loquendo, altera ra-
cendo docet. Quid enim intererit, si aut Euāgeliū
legatur, ubi ad crucē adductus Iesus Christus des-
scribitur, aut si longo ordine totā rem depictā aspi-
cias? Dicerem etiam aliquāto fortius mouere pictu-
ram, quæ scripturam. Neque propterea simulacra ipsa ado-
rantur, quæ est Luteranorum iniquissima calūnia,
sicut moris eorum est, et christianos calumniari, et
ipsam innocentem religionē. Atque his pessimis mē-
daciis nobis extorquere pietatem nituntur. Quis
quæso adeo uecors est, ac sensu et rōne tam destitu-
tus, qui ipsas imagines adoret? Ne mulierculis qui-
dem etiam delirantibus id accidit. Quod si ulla pier-
tas illis exhibetur, in eius fit gratiam, cuius est ima-
go, quem quasi uidere uidentur et alloqui. Atque id
non displicet Deo, cum in suum cultum ac uenera-
tionem totum fiat. Vt cunq; autē excitemur ad pie-
tatem et cognitionem Dei, refert minime. Pro uiri-
bus est curādum, ut quauis rōne ad eius cultū sub-
leuemur. Sed plura differet de hac re sup sedeo hoc
loco. rum quæ in re certissima, nō multa dicēda sunt,
tum quia in calce aliqua testimonia proferemus, quæ
bus magnos hoc inuētum esse uirorum probabitur.
Quid igitur horum quæ nominauimus ē supersti-
tio? Quis tam impius erit, tam barbaro ac truculen-
to ingenio, tam fœda et spurca lingua, qui audeat
tam turpiter mentiri? Quandoquidem et a Deo et
maximis uiris, ea sunt excogitata, et ea gratia exco-

girata, ut pietatem nostræ mentes cōciperent, ut pa-
 tris et conditoris nostri essemus memores / eūq; per-
 petuo ueneraremur! Inueniant illi si possunt melio-
 rem pietatem, genusq; aliud religionis præstantius /
 quo maior erga res diuinas affectus acquiratur. Et
 ignaræ ac terrenæ mentes, habitū animi ad res terre-
 stres ac mortales procliuē magis deponat. Atq; uti-
 nam ad unguem, ueterem illam religionem seque-
 remur, quæ certe et ipsa est quā nunc habemus, sed
 multis ademptis, multis appositis, propter sacerdo-
 tū tum ignauā, tum imperitiā. Quas ergo cerimo-
 nias, Luterani quasi uituperaturi appellāt, uerē qui-
 dem ceremoniæ sunt, sed quid aliud quæso sunt in
 religione ceremoniæ, q̄ pietatis honestissima ac pul-
 cherrima exhibitio? q̄ formala colendi Dei? q̄ diui-
 ni mysterii peractio? Atq; omnes quæ in religione
 sunt ceremoniæ, tum sunt a uiris sanctissimis excogi-
 gitatæ, tum ea gratia excogitatæ, ut uel sacramētū
 natiuitatis, uel passionis dominicæ repræsentarent.
 Sic et uestes, et uarius habitus, uariūq; situs ac mo-
 tus, et is qui in missis, et q̄ in omni celebratione fit,
 eum habet finem certum, ut diuinum aliquid repre-
 senter. Hæc ergo qui tollunt, exteriorē religionem
 tollūt. tollunt ea quibus Dei cultus exprimit. Itaq;
 in eo ipso duplex est error, alter Luteranos, alter eo-
 rum / qui ceremonias quidē approbant, sed his solis
 esse cōtenti uidentur. Ut. n. errant illi, ritus religio-
 nis auferētes / quia et ipsam auferunt / sic hi qui per

cerimonie

*uestes
uarij motus*

ADVERSVS LUTERANOS.

cerimonias ad ea non añaduertunt, quæ per eas des-
scribuntur neq; excitant mentē oblati rerū sancta-
rum quasi signis, sed quasi non aliã ob causam sint
reperatæ, q̄ ut sic exhiberetur, ita ritus illos celebrat,
ut nullã ex his assequantur utilitatē, nullūq; faciãt
ad res diuinas progressum. Atq; hoc etiam ansam
maledicendi ac religionis euerrendæ dedit Lutera-
nis. Eadē uero in cæteris fuit eorū improbitas, reli-
gionē rollētū, q̄ male a sacerdotibus administra-
rentur. Sic illã prius laborantē atq; ægram, altero
malorū cumulo crudeliter oppresserunt. Aut oppri-
mere sunt conati. Ritus ergo ac cerimonie, cum si-
gna rerum diuinarū, ac quasi significationes sint,
neq; tolli debent tanq̄ non necessariae et utiles, neq;
solis illis est animus applicandus. In his ergo ut ad
proposita reuertar, quid quæso inuenias nō diuinū?
nō sacerrimū? nō summa ueneratione dignissimū?
non summo cōsilio, summaq; prudētia, summa et
pietate excogitatū? Euolue totam religionē, modo
candido iudicio facias, ipsos autores inuenies, non
sine grauissimo cōsilio, acerrimoq; sensu, et qd̄ ē di-
uinius, infinita erga nos posteros charitate, sanctos
exterioris huius pietatis ritus instituisse. Illud qd̄
hoc loco dixerim, nō infinitas, aut immodicas eē de-
bere has cerimonias, sed adeo certas ac reueratas, ut
tum ad cōmemorationē rerū diuinarū per eas exci-
temur, tum nullã afferant, propter prolixitatē, mo-
lestiã. Ne spiritus qui fuerit cōceptus, extinguat, ut

alia quoque munera religionis queamus pagere, Doctrinae ac sapientiae incubere, sacras litteras nocturna diurnaque manu uersare. Ex qua re incredibilis fructus peruenit ad religionem. per eruditionem certe, haereses quae fere ab inscitia pueniunt, extirpantur, aut exoriri non permittunt. per eandem autem mirabiliter expiatur. Rerum humanarum appetentia exiit. Honore etiam cupit et meliora. Atque haec non de omnibus praedico, sed his modo, qui nulla affectione prava extrinsecus excitant. Alioqui si aut gloriae cupidus, aut iactabundus, aut ingenio turbulento et maleuolus quis ad haec studia se comulerit, non modo nullum faciet ad pietatem progressum, sed inde potius inferet sibi ceterisque iacturam, unde alii profuissent. Licuit id in haereticis omnibus olim, licet nunc in Lutheranis cognoscere, quibus propter eorum improbitatem, litterae fuere impietatis suae fomentum, atque inde iactantiam et barbaram auxerunt spiritum, quod se eo iudicii ac sapientiae peruenisse opinarentur, ut pro suo arbitratu, iudicare de unaquaque re, facile et expedite possent, usque adeo de se rumida opinione concepra, ut suam censuram, non modo terram, sed etiam caelum attingere posse putarent. Hunc sensum, ex litteris quales quales forent conceperunt. Sed haec obiter. Moderatam igitur ac sobriam caerimoniarum copiam approbo, immoderatam reuincio. Vitupero Lutheranos, qui eas uti superstitionem damnant, ob eamque causam, neque missas audiunt, neque templa ullatenus adire noscunt. omnia

ADVERSVS LVTERANOS.

superstitiones ac ceremonias esse prædicant. Nō ieiunant, non cōfitentur. Sunt. n. hæc illis superstitiones. Sacerdotes tanq̄ larvas ac lemures deuitāt. Nihil uidere se putāt deestabilius. Hos ergo deestor. Qui aut̄ sunt solis ceremoniis cōtēti, nec aiūm ad ipsas res applicant, hos etiā graui censura dignos puto. Qui opinātur his solis se posse placare Deū. Eūq; spirītū nō cōcipiūt, quem ceremoniæ et ritus desyderant, et quærunt. Qui exteriore tantū cultu Deū uenerantur. Neq; intelligūt hunc nihil pdesse nisi mens et pieras interior ad sit. Nisi enim fuerit in præcordiis Deus, quid proderit eū exterius uenerari? Atq; hæc quidē de his maxime dicuntur, quorū paulo maior ē, q̄ mere uulgariū captus. Neq; enim plebs usq; adeo potest ad altiorē cultū/mentē erigere. Sed tantū inest hisce pieratis, quantū ad colēdū Deū sit illis satis. Proximū nunc est, ut aliā religionis partē explicē, quam uelut superstitionis sam uexare solent Lutherani, qua mēris humanæ expiatio cōtinetur. oēm enim religionē sic diuidimus, ut eius quædā pars ritibus ac ceremoniis constet, idq; p eā quæratur, ut omnis uita et res gestæ Saluatoris nostri, quasi repræsentētur, ne unq̄ e nostro pectore recedāt. Secūdo loco ponitur, quod ad oēs animi expiationes pertinet, quibus et quidā Dei cultus exprimitur. Hæ uarię sunt, ut uariis modis a rebus diuinis distūgitur homo. Tres sunt in uniuersum cupiditates, quæ per humanas mēres euagantur. Vo

Tres cupiditates (Voluptas)
Ambitio qua expiat
(Auaritia)

Humilitas, castitas, rex sollicitudo

LIB. TERTIVS.

lupratis, honoris quod est ambitio, regum, quod est avaritia. Sed
ualidius appetimus uoluptates / quam nisi simus cauti
oem ad sese animi affectum attrahant / et adeo deum
ctum teneant / ut ad alia aspirare non possit. Ex quo
efficietur / ut Dei conditoris nostri obliuiscamur. aut
leuius amemus / quam par sit. Distractae enim sunt alio
uires animi / eo quod illuc sumus intenti / quod uehementius
amamus. Vna igitur est praecipua animi expiatio /
abstinere a uoluptate, quam necessario excogita
ruit natura, ut ad ea quae destinarat / astantes addu
ceret. Sed cauendum est / id quod et ipsa respuit na
tura / ne dum minoribus et corporis bonis decipimur /
ab his quae multo maiora sunt auocemur / quae in
amicitia et commercio Dei sunt posita. Quorum tan
to est perfectior acquisitio / quanto nostra erga Deum
charitas, propius nos ad illum admouerit. In omni
igitur uita / illud praecipue et tota contentione / omni
nique studio et opera conandum / ut Dei amicitiam / no
bis conciliemus / qua continentur omnia maxima
ac sempiterna bona. Vna itaque iterum affirmo / praeci
pua est animi expiatio / a uoluptatibus temperare,
aut earum esse penitus expertem. Harum enim dis
siunctione / magis coniungimur cum Deo. Quis
igitur non ut diuinos ac caelestes uiros admiretur /
qui hoc expiationum genus reppererunt / cuius fuit
prius inueter Deus? Aut quis ausit uituperare / nisi
perditissimus? quale est omne genus haereticorum /
qui contra uerum perpetuas exercent purgans?

ADVERSVS LVTERANOS.

contra lucem præliantur? Quibus euersio pietatis est tropheum? Hi uni hanc religionis partem incessent, qui priorē quoque oppugnarunt. Est autē ea in ieiuniis et castitate sira, in abdicatione et contēptu rerū quæ mortalibus solent uideri iucundissimæ. Ex quo efficitur ut et tantopere mortalia diligant, quā tantopere promereantur, tum cum Deo arctior confesquatur amicitia. Neque uero uocibus illis blasphemis, quarum tumultu totus orbis resonauit, appetenda fuerant tam sancta instituta, sed ad uitia tota erat culpa transferenda. Quid enim demeruit religio, si non seruetur, si mali homines sunt? Quid inquam demeruit religio, quæ nobis est certa uia salutis? quæ quos complexa fuerit, extollit ad immortalitatem, subleuat ad superos? Hac igitur religionis parte, quam expiationem appellauimus. nō modo a rebus caducis et fragilibus auellimur, sed ea etiam quæ sunt nobis gratissima, quasi Deo consecramus. Sicut Dauid, qui aquam, quā summis uocis experierat, noluit gustare, sed obrulit Deo. Ut enim acceptum Deo putamus, siquid ad eius altare offerimus, et si ob minima quidam non modo non contempti sunt, sed etiam approbati et accepti Deo fuisse feruntur, quanto est acceptabilius sacrificiū, suas illi offerre uoluptates, quæ longæ sunt mortalibus cariores, quā omnes diuitiæ? quippe quæ diuitias propter uoluptates, non uoluptates propter diuitias concupiscunt, Maius igitur offerunt, qui detra-

Etas sibi uoluptates offerunt / quæ qui diuitias, quo-
 niam non multum iacturæ se facere opinantur / si-
 quid ex immenso aceruo detraxerint. At si quis uo-
 luptates / præsertim opulentioribus qui se propter
 eas natos putant / detraxerit / uitam ipsam detra-
 xerit. Atque hoc in uniuersum de omnibus uolu-
 ptatibus est dicendum. Neque porro dubium est,
 quin inter eas primum locum habeat Venus, se-
 cundam autem, quæ ad gulam spectant / ac reli-
 quæ deinceps. Maximam ergo Deo hostiam oba-
 tulit / qui se ab his propter ipsum abdicauit / easque illi
 quasi consecrauit. Ille uero amatur magis a Deo, in
 altioreque diuinitatis gradu collocatur / a quo no-
 uit se Deus uehementius amari. Amat autem ue-
 hementius qui facit quæ solent ardentissimi amato-
 res / qui se suaque omnia dedicant rei amatae. Atque
 hæc est ratio, quæ est ad omnes uirtutes aditus. Hinc
 omne genus pullulat cælestis pulchritudinis. Nam
 cum sapientissimus quis, Deo uoluptates consecra-
 das intellexit / ut amor ille / qui erat distractus ad uo-
 luptates / conferatur ad Deum / excellentissimum bre-
 uiter ad diuinum faciet progressum. Cognouit ergo
 sapientissima religio / rati ueris et ueteres illi umbram
 quandam lucis huius uiderunt, nam et illi Deo ac-
 ceptam castitatem putabant / hunc esse ad altissimam
 proximamque Angelis pietatem accessum / si minus
 quæ fieri posset / animus esset illecebris uoluptatum
 infectus. Eratque id tota religione comprehensum,

ADVERSVS LVTERANOS.

si uel Dei, uel Deo quod proximorum uirorum diuina precepta percurras. Quod intelligentes prudentes, atque utilitatis humanæ, quæ de religione perficitur studiose, ea uiuendi genera constituerunt, quæ cernuntur hodie per totum orbem Christianum. Quæ similia instituta, cum apud nonnullas exteras nationes olim uiguerint fuerunt multis admirationi, eaque inter mira et pulcherrima retulerunt. Tribus autem potissimum institutis constat christiana respublica diuitiarum et ambitionis contemptu. amat enim Deus, quæ dedit omnibus æqualitatem, tum animi lenitate ac mansuetudine, qua Deo et his qui ab eo constituti sunt, non repugnamus, postremo puritate ac castitate. Eaque cum essent propria omnium christianorum, ut non censeretur christianus, qui hæc non profiteretur, in his solum religionibus atque institutis remanserunt. Eaque Iesum Christum instituere reipublice uoluisse cernimus, quæ post ascensum in cælum, mox secuti sunt et ostenderunt mundo Apostoli. Quæ nisi errores nostri contra tulissent, per omne tempus eramus retenturi. Sed ut dixi solum in his ceteribus et quas religiones appellant, remansit eius quædam forma. Nam propria spernere, eaque in commune conferre, uitam innocentem, nullique noxiam degere, crebris orationibus Deum precari, abesse ab iniquissimis bellis, hoc fuit priscorum Christianorum. Atque id uolebat Iesus Christus huius respublice princeps et autor fieri, ut qui sui esse cuperent, generis humani corruptelas relinquerent, illamque uitæ

puritatem sequerentur, qua factus a Deo homo ē.
 Sed neq; sum nescius, etiā hęc ipsa instituta q̄ mul-
 tum/et a Christiana rep. et a suis principiis recedār,
 q̄ sancti mores/et tria q̄ dixi instituta collapsa fue-
 rint/q̄ minime uigeat ille rerum contemptus, illa ui-
 tæ puritas/atq; innocentia. Sed hęc temporum cul-
 pa est/quæ ut uenustissimam quāq; rem reddūt de-
 formissimam/sic euerrūt etiam pulcherrimas resp.
 et alio deformant habitu/q̄ in ipsa inuentione eēnt
 admirabiles. Hęc a me dicuntur/ut ostendam ieiui-
 nia et castitatem/et rerumq; suarū cōtemptrū / quibus
 stat tanq̄ altero præsidio nostra religio/ non modo
 non esse tanq̄ superstitiones reiiciendas/q̄ faciunt
 Luterani/ sed deplorandum potius/ q̄ sanctū ac cæ-
 leste uitæ genus/ fuerit collapsum/ pristinūq; decus
 amiserit. Ostendi quoq; hanc esse ueram reip. Chri-
 stianæ formam/ quam et Apostoli suo rēpore insti-
 tuerunt, atq; ita utrāq; religionis partem sumus am-
 plexi. primā quæ ritibus ac cerimoniis continetur/
 quibus altissima salutis humanæ mysteria/ ac maie-
 stas singularis Dei/ honor ac ueneratio explicatur.
 Quibus eius nomen iugiter laudatur. Altera conti-
 net aliam colendi Dei rationē/ quę omniū est Chri-
 stianorum/ tum maxime sacerdotum, quorum pro-
 pria est sapientia atq; religio. Quod tamen si specio-
 sius q̄ uerius a me dicitur/ dico in idem oībus pul-
 cherrimis institutis euenisse, ut conciderēt tandem,
 quia non semper bonis res gubernanda tradit̄. Fa-

*Sacrosanctis scripturis
omnino Lutheranus*

ADVERSUS LUTERANOS.

reorq; pessimas in ipsam religionem consuetudines
irrepisse, in scitia et iniquitate sacerdotū . Sed hoc
inter nos et Luteranos discrimen est, q̄ malas con-
suetudines, quæ religionis uenustatē deformāt ipsi
execramur, et tollimus, illi eodem gladio linguæ fe-
riunt ac trucidant utrāq; et per prauos mores, tanq̄
proditores ad Ecclesiæ ruinas perferuntur. Tātoq;
magis sunt pestilentes, quanto minus id esse uiden-
tur, quod sunt. purgetur ergo religio, maneat san-
cta ueterum institua, indicatur bellū moribus scele-
ratis, defendat̄ sapientissima et admirabilis religio.
Maneat id quod diuinum decus affert populo chri-
stiano, qui eo maxime in signi secernitur ab aliis, q̄
sapientissime et uera rōne colit Deū, si suæ religio-
nis præcepta sequatur. Diximus igitur de cultu ex-
teriore, ut eramus ante polliciti, uidimus utrāq; in-
teriorē et exteriorē eē in hac religione admirabilē,
uitæ cęlestis imaginē, sacrā ac purissimā sanctitatē.
Quoniam aut̄ tria præcipue grauissima instituta, et
q̄bus sine dubio, præsertim duobus, stat nostra reli-
gio, tollūt Luterani, Monachātū, cōfessionē, et ima-
gines, ea maxime rōne, q̄ ab imperitis et recentiori-
bus quibusdā iuectra querūtur, nūc aliquot exēpla
esse rū uetera, tū a sapientissimis discussa et approba-
ta, pferamus, atq; ita finē uerbis faciemus. Agā aut̄
breuibus, q̄ res nō sit huius loci, eroq; duobus aut
tribus testimoniis in unoquoq; cōtentus . Primoq;
de monachatu testimoniū proferā, tum de cōfessio-

*Purganda reliquia
maneat instituta sacra*

ne, postremo de imaginibus. Admirati sunt ut dixi-
 mus, plerique gentiliū philosophos, hoc apud Chri-
 stianos uiuēdi genus, maxime uero Porphyrius, et
 Philon apud Iudæos, et inter admiranda referre nō
 dubitarunt. Quorum prior scribit de sacerdotibus
 Aegyptiorum, quos falso ita nūcupauit, eo noie signi-
 ficās sacerdotes suorū Deorum, sed erāt monachi
 Christianorum, ut aperte oēs intelligunt. Eos ergo
 laudans et admirans, ait. τὰ γούμ κχτὰ τῶσ αἰγυπτίους
 ἱερέας χαρῆμων ὁ ποικίλος ἀφηγούμενος, οὓς κὴ φιλοσόφους ὕπερ
 λήφθαι φησὶ παρὰ αἰγυπτίοις, ἐξηγεῖ θαυμάσιον μὲν ἐξέλεξαι
 ἐμφιλοσοφῆσαι τὰ ἱερά, πρόσθε γὰρ τῷ ὄλλω ὄρεξιν τῆσ θεω-
 ρίας συγγενὲς ἦν παρὰ τοῖς ἐκείνων ἀφιδρύμασι διατάξαι, πα-
 ρείχυντε αὐτοῖσ ἀσφάλειαν μὲν ἐκ τῶσ θεῶσ σεβασμῶ, καὶ
 περ τινὰ ἱερά ζωά, πάντων τιμῶντων τῶσ φιλοσόφους, ἡρεμαί-
 οῖσ δὲ εἶν, ἀπε τῆσ ἐπιμιξίας, κχτὰ τὰσ πανυγήρισ, κὴ τὰσ ἐσο-
 τὰσ σωτελδμένωσ μόνον, τὸ δὲ λοιπὸν, σχεδὸν ἀβάτων ὄντων
 τοῖσ ἄλλοισ τὸν ἱερῶν ἀγνύσαι τασ γὰρ, ἔδει προςίεναι, κὴ πολ-
 λῶν ἀπεσχομένωσ, κὴ τοῦτο ὡσπερ κοινὸσ τῶν κχτὰ αἰγυπτῶν
 ἱερῶν θεομὸσ ἐσίν. ἀπειπάμενα δὲ πάσαι τῶν ἄλλω ἐργα-
 σίαι, κὴ πόνου ἀνθρωπίνωσ, ἀπέδοσαι ἄλλον ζῆβιον τῆ τῶν θεῶν
 θεωρία, κὴ θεάσει διὰ μὲν τάντησ, τό, τε τίμιον, κὴ ἀσφαλῆσ
 κὴ ὕσερσοσ πορὶ ζόμενοι, διὰ δὲ τῆσ θεωρίας τῶ ἐπιστήμω,
 διαμφοῖν δὲ ἀσκησιν ἠθῶν κεκρυμένω τινά. κὴ ἀρχαιοπρεπι.
 τὸ γὰρ αἰσιν σινεῖναι τῆ θεία γνώσει κὴ ἐπιτανοία, πάσχο μὲν
 ἐξω τί θησιν πλεονεξίασ, κχτὰσέλλει δὲ τὰ πάθη, διεγείρει δὲ
 πρὸσ σύνεσιν τὸν βίον, λιτότητα δὲ ἐπετκόδουσαι, κὴ κχτὰ σελῶ
 γχορταχεντε, κὴ κχτὰ εἰάν. τὸ, τε ἐν παντὶ δίκαιον, κὴ ἀπλεονεξίωσ, σε-
 ρσ δὲ αὐτῶσ παρῆχεν, κὴ τὸ ὕσεπιμηκῆσ, οἱ γε παρὰ μὲν αὐτῶν

ADVERSVS LVTERANOS.

λεγομένων ἀγνεῶν τὸν καιρὸν, ἔδ' ἐ τοῖς συγγενεῶσι, καὶ ὁμοφύλοις
 ἐπεμίγνυτο σχεδὸν. ἔδ' ἄλλο θεωροῦμενοι, ὅτι μὴ πρὸς τὰς
 ἀναγκαίας σωτηρίας χρείας, ἢ ἀγνοήτρια, τοῖς μὴ καταρ
 τίσει ἄδύτα, καὶ πρὸς ἱερουργίας ἀγία κατανεμόμενοι. τὰ δ' ἄλ
 λου χρόνον ἀπώλυτον μὲν τοῖς ὁμοίοις ἐπεμίγνυτο, τῶν δ' ἔξω
 τικῶν τῆς θεοσεβείας ἔδει σωθῆναι. ἐφαίνοντο δ' ἄλλοι θεῶν, ἢ
 ἀγαλμάτων ἔργων, ἢ τοῖς φέροντες ἢ προσηγούμενοι, καὶ τάσσοντες μετα
 κόσμου, καὶ σεμνότητος, ὧν ἕκασον ἔτύφος ἦν, ἀλλὰ τῆς ἐνδο
 ξης φυσικῆς λόγου. τὸ δ' ἐσέμνον κακῶς καταστήματος ἐώρατο. πορρα
 τε γὰρ ἦν βέλτακτος. καὶ βλέμμα καθεστηκὸς ἐπετηδένετο, ὥσ
 ὅτε βλαβῆεν μὴ σκαρδαμύθηεν. γέλωσ δ' ἐσπᾶνιος, ἐδ' ἐπὶ γέ
 νοιτο, μέτρι μεδίασεωσ. ἀεὶ δ' ἐν τὸς τῶσ σχήματὸσ χείρεσ. καὶ
 σύμβολον γέ ἦν ἐκείτω τῆσ τάξεωσ ἐμφαντικόν, ἦν ἔλαχον ἐν τοῖσ
 ἱεροῖσ, πλεῖσ γὰρ ἦσαν αἰτάξεσ. διαίτα δ' ἐλιτή καὶ ἀφελὴσ.
 οἶνον γὰρ, οἱ μὲν οὐδ' ὄλωσ, οἱ δ' ἐλίγιστα ἐγούοντο. νυκτῶν αὐτιώμε
 νοὶ βλάβασ, καὶ πλήρωσιν κεφαλῆσ, ἐμψόδιον ἔσ βύρεσιν. ἀφροσ
 σιῶντι ἐφασαν αὐτὸν ὀρέξεσ ἐπιφέρεσ. ταύτη δ' ἐ, καὶ τῶν ἄλλων
 βύλαβῶσ εἶχον. ἀρῶσ μὲν οὐδ' ὄλωσ ἐν ταῖσ ἀγνεῖασ χρώ
 μενοι. ἄδ' ἐ ποτε μὴ ἀγνοῖεν, σιωπῶσ ὕσῶπῶ κόπτοντες ἢ ὄσιον. τὸ
 πολὺ γὰρ αὐτῶ τῆσ δ' ὠχίμεωσ καὶ βιβεῖν ἐφασαν ὕσῶπῶν ἐλαίσ
 δ' ἐ ἀπέχοντὸ μὲν ὡσ τὸ πολὺ οἱ πλεῖστοὶ δ' ἐ καὶ παντλῶσ. εἰ δ' ἐ
 πᾶσ μετὰ λαχάνων χρῆσαστο παντλῶσ ὀλίγω, καὶ ὅσον παρηγο
 ρῆσαι τῶν αἰθῆσιν. ἰχθῶν δ' ἐ ἀπέχοντὸ πάντων. Et alia quæ
 persequitur ille, falsa multa admiscens aut quæ ma
 gis pristinae illi ecclesiae conuenirent, Cum lex Mo
 laica ab euangelica ritibus non esset distincta, sed
 iidem mores essent utriusq;. Horum autem quæ ci
 tauimus is ē sensus. Narrat inquit Chæremon stoi
 cus, ea quæ de sacerdotibus Aegyptiorum feruntur,
quos

quos apud Aegyptios in philosophorum loco ait
haberi. Primum eos locum ad rem sacram idoneū,
in quo cōmode philosopharētur, elegisse. Ut enim
quietius speculenter ad templa et imagines diuorū
eos considerare, inde duplicem illis cōmoditatē pro-
ficisci. Ut tum summæ uenerationi habeantur, om-
nibus eos tanq̄ sacrum genus uenerantibus, tum in
profunda pace tranquilloq; otio conquiescant, cū
denegatus sit eis ēt mutuus accessus et colloquiū,
diebus festis exceptis. Reliquo autem tempore, nō
solum aliorum, sed ne mutuo quidē cōmercio per-
fruuntur. Puros enim eos adire templa necesse erat
ac factis prius multis expiationibus, multarumq;
rerum abstinentia suscepta. Ea q; cōmunis fere lex
est omnium Aegyptiorum sacerdotum. Abhorren-
tes autem ab omni actione et labore humano, totā
uitam speculationi dedicant rerū diuinarū. Quibus
rebus pietatē et honestatē adipisci nituntur, rerūq;
omnium peritiā. Ex quibus studiis efficiunt morū
exercitationē quandā archanā, et uetustate diguissi-
simam. Nā perpetuū in speculatione diuinarū rerū
studiū, perficit ut res plures nō apperamus, Tollit
quoq; affectiones, et unūquēq; ad solertiā excitat.
Frugalitatē quoq; et oēm abstinentiā exercebāt, iu-
stiriā multarū rerū possessione neglecta, multi facie-
bant. Reddebat autē eos uenerabiles raris ille aliorū
ad eos accessus. Siquidē ipso expiationū tēpore, ne
cū maxime quidē propinquis, nedū aliis colloque-

fanis fauent. Nā uita quæ hodie dicitur Monacho-
 rum et religioforū non est alia q̄ ea quæ hoc loco
 describitur. Eo excepto, q̄ hæc omnia remissiora ac
 laxiora inueniuntur nunc propter instituti uerusta-
 tē. Qua re nulla fuisse unq̄ apud Christianos: uti-
 lior, si pristinū decus semp retinuisse. Hoc etiā ui-
 uēdi genus admiratus est Philon Iudæus, qui quo-
 niam Christiani sub prima Ecclesia, ritibus Mosai-
 cis utebantur, eos qui essent Alexandriae et in Pale-
 stina, perq̄ totam Aegyptū in solitudinibus cōmo-
 tarentur, unq̄ gentē suā laudans et admirans, hæc
 in eo libro, quē inscripsit, de uita cōtemplatiua, de
 illis scripsit, πολλὰ καὶ μὲν οὖν ἐστὶ τῆσ οἰκισμένησ τὸ γένος, ἐδὲ
 γὰρ ἀγαθὸ τελείσ μετασχεῖν καὶ τὴν ἐλλάδα, καὶ τὴν βαρβαρὰν
 πολωνάζει δὲ ἐν αὐγύπτω, καὶ βέλτερον τῶν ἐπιχλωμένων μονῶν,
 καὶ μάλιστα περὶ τὴν ἀλεξανδρείαν. οἱ δὲ πανταχοῦ βεν ὡσ ἀρίστησ,
 καὶ περ εἰς πατρίδα, δεραπυτων ἀποικίαν σέλλονται πρὸς τι χω-
 ρίων, ἐπιτηδεύοντα, ὅπερ ἐστὶν ὑπὲρ λίμνης μαρίας κείμενον. ἐπι-
 γεωλόφσ χαμαλεωτέροσ, σφόδρα εὐκαίρωσ. ασφαλίασ γε ἐτερο καὶ
 ἀέρωσ εὐκρασίασ. Ἐν ἐκάσῃ δὲ οἰκίᾳ, ἐστὶν οἴκημα ἱερόν, ὃ καλεῖ-
 ται σεμνείον καὶ μονασήριον ἐν ᾧ μονῶμενοι τατῶ σεμνῶ βίβσ μν-
 σήρια τελῶνται, μὴ δὲν εἰσ κομίζοντεσ μὴ δὲ ποτόν, μὴ δὲ σιτίον,
 μὴ δὲ τι τῶν ἄλλων, ὅσα πρὸς τὰσ τῶ σώματος χρείασ ἀνάγκη
 καίεσ, ἀλλὰ νόμοσ, καὶ λόγια δεσπιθέντα διὰ τῶν προφητῶν,
 καὶ ὕμνοσ καὶ τὰ ἄλλα, οἷσ ἐπισήμη καὶ βύσβετα συναυξέται, καὶ
 τελῶνται. Τοδὲ ἐωβηδὸ μεχοίσ ἐσπέρασ διάσημα σύμωαν αυτοίσ,
 ἐστὶν ἀσκησισ, εὐτυγχανούτεσ γὰρ τοίσ ἱεροίσ γράμμασι, φιλοσοφῶσ
 τὴν πατρίον φιλοσοφίαν ἀλληγορῶντεσ, ἐπωδὸ ἡσύμβολα τὰ τῆσ
 ρητῆσ ἐρμηνείασ νομίζοντι ἀποικουμένησ φύσῶσ ἐν ὑπονοίαισ

ADVERSVS LUTERANOS.

δηλαστοί. εσί δ' αυτοίς η συγγράμματα παλαιών ανδρών,
 οι της αρέσεως αυτών αρχιγέται γενόμενοι, πολλὰ μνημεία της
 εν τοίς αλληγορημένοις ιδέασ απολειπόμενοι κειθάρη τισιν
 αρχιτέτοις χρώμενοι μιμνύται της αρέσεως τον τρόπον. ώς ε
 δ θεωροσιν μόνον, αλλά η ποιδοσιν ασματα η υμνοσ εις τον
 θεόν δια παντοίων μέτρων η μελών. αριθμοίς σεμνοτέροις,
 αναγκάως χαράσσοντες. εγκράτιστασ ως περ τινά θεμέλιον προ
 κταβαλλόμενοι τή ψυχή, τασ άλλασ έποικοδομοσιν αρετασ.
 στίσι η ποτόν δ' εις αν αυτών προσνήγκτο προ ήλίσ δύσειωσ

Hæc Philon, et alia his similia. Quorum is sensus
 est. Multis orbis terrarum locis iuenitur hoc homi
 num genus. Tanti nãq; tanq̃ perfecti boni oportet
 bar et Græcos et barbaros esse participes. Verum in
 Aegypto copiosius abundat, his scilicet locis, quas
 præfecturas appellant, uel maxime aut circa Alexã
 driam. Optimi igitur quiq; ex omni loco tanquã in
 unam patriam mittuntur coloni in locum opportu
 nissimum, qui stagno Mariam supereminet, isq; col
 lis est, non multum editus, ubi tum secure et quiete
 uiuunt, tum cœli illius summa temperie perfruunt.
 In omni aut habitaculo domus est sacra, quam uer
 neratorium seu monasterium siue initiatorium uoi
 cēt, in quo soli cōmorantes sacratæ uitæ mysteriis
 inicianur. Eo nihil aut esculentū aut potulentum,
 aut aliud id genus inferitur, quod corporeas necessi
 tates spectet, sed habentur leges tantū atq; oracula
 a pphetis fusa, hymni quoq; et alia quibus scientia
 et pietas continetur et docetur. Totum autem ab

aurora ad uesperã diei spaciũ exercitationi datur,
 diuinisq; litteris et patriæ philosophiæ incumbūt.
 Easq; allegorice interpretatur, q̄ latere sub eis aliũ
 quendam sensum arbitrētur, cuius quasi signa sint
 ipsa uerba, Habent et suorũ ueterũ monumēra, qui
 uitæ illius inuentores fuerunt, quorum mysticis in
 terpretationibus tanq̄ exemplis utentes, et ipsi ea
 dem rōne mystice interpretantur. Itaq; non modo
 speculantur, sed et ipsi cantus et hymnos diuinos
 edunt, omni metrorũ genere cōpositos, numerisq;
 et modulatu concinnos. Abstinentiã sic exercēt, ut
 eã ceteras uirtutes super ædificaturi, ueluti funda
 mentũ iaciant. Cibum ac potum nemo ante solis
 occasum degustare solitus est, Huc usq; Philon. In
 telligimus ergo monachatum rum ueterimũ esse
 institutũ, rum admirationi omnibus sapiētibus ha
 bitũ. Quis ergo ferat Luteranorũ barbarã et inau
 ditam audaciã, qui ea quæ oẽ hoĩum genus est ad
 miratum, soli ipsi reprobare et contēnere ausi sunt?
 Quibus displicuerunt quæ rum christianis, tũ gen
 tilibus philosophis admiranda uisa sunt? Tempora
 scilicet, ieiunia, castitas, omnis abstinēria, orōnes, se
 cessus, O nouũ igitur et prodigiosum hominũ ge
 nus, sed ad reliqua procedamus. Oñdendum mihi
 nunc est aliquot exemplis, secretũ hunc modũ con
 fitendi, quo nunc passim utitur Ecclesia, in quem
 tanq̄ recentem et a sacerdotibus quæstus gratia rei
 pertum tam barbarice ac petulanter Luterani inuei

*Luteranus
 Confessio*

ADVERSUS LUTERANOS.

tur, uererrimum Ecclesiæ fuisse institutum, et a diuinis sanctissimisque hominibus approbatū. Omnes autem ueteres patres confirmarunt, et scribendo prodiderunt, quod et ratione ipsa fit manifestum, necessariam esse suorum apud sacerdotes confessionem delictorum. In qua re bifariam differunt ab inuicem Lutherani, alii negant penitus sacerdotibus esse confitendum, idque autoritate scripturarum confirmare nituntur, alii hoc ipsum asserunt quidem, sed clanculariam, aut auriculariam quam uocant, ueterem esse non putant. Quoniam autem secundum confirmat primum, ut si sit clancularia, sit etiā apud sacerdotes, quoniāq; prior illa confessio, qua confitendum Deo tantū asserūt, a nemine negatur, non est cur de eis quicūq; dicendum sit. Triplex igitur, ut facilius omnia intelligamus, esse confessionis genus dicendū est. Omniaq; hæc genera a catholicis confirmantur. Primū quo confitemur Deo, quo plenæ et noui et ueteris testamenti litteræ sunt. Quo usi sunt non tam Hebræi, quā omnes prope gentes. Alterum quo sacerdotibus Dei publice non in aurem et priuatim confitemur, quo ritu usam esse ueterem Ecclesiam docet historia. Eūq; solū apud antiquos illos fuisse uolūt Lutherani. Tertium, quod necessario est in Ecclesia repperitum, ut quia confiteri publice perā oīa hoīes minime poterant, et rō id fieri uetabat, priuatim apud sacerdotē, quisq; uenena suorum uomeret peccas

*Triplex con-
fessio.*

torum. Prior igitur manifestissima est, nullamq; pa-
 titur controuersiam, Secunda tertia quidem mani-
 festior, sed non tam clara q̄ prior, et ab omnibus cō-
 fessa. Tertia tollitur in totum a Luteranis. Est ergo
 prior notissima, secūda necessario statuitur, si statua-
 tur tertia. Quam ob rem de tertia solum relinquit̄
 differendum. Ac secūda quidē, q̄q̄ in nōnullis fa-
 cinoribus u si ueteres sunt, credendū est r̄n nō fuisse
 tantam illorum temporū aut cecitatem aut crude-
 litatē, ut adulteria, fornicationes, et quæ his turpio-
 ra sunt, cogerent quenq̄ in pparulo confiteri. Hoc
 enim et scandalum cæteris peperisset, et dedecus ac
 sempiternam infamiam confitenti dedisset. Quam
 ob rem ubicunq; cōfessio apud sacerdotes apud ue-
 teres fuisse memoratur, de secreta est omnino intel-
 ligendū, pp̄ has rōnabiles et iustissimas causas. Ex
 quibus necessario consequi docemus, omnes, quot
 quot inueniuntur, inueniūtur aut̄ q̄ plurimi, in scri-
 pturis Græcis et Latinis loci de confessione, secretā
 illam, qua et nunc utimur innuere. Primum igitur
 legimus in Epistola prima Clementis cuius opera
 nuper etiam in Germania sunt impressa, Petrum
 cum præcepta daret Clementi, hæc uerba dixisse.
 Qd̄ si forte alicuius cor, uel liuor, uel infidelitas uel
 aliquod ullum, ex his quæ superius memorauimus,
 latenter irrepserit, non erubescat qui animæ
 suæ curam gerit cōfiteri hæc, huic qui præest, ut ab
 ipso per uerbum Dei et consilium salubre curetur

*Cur auxilians
 nō fuit apud uet̄:
 hinc d̄ fessio*

ADVERSVS LVTERANOS.

Vides ergo in his confessionē secretam/et a principi
pe Apostolorum institutā? Vides eū præcipere / ut
ei confiteamur qui præest/nempe sacerdoti, ut ab ip
so per admonitionē et optimū consilium ad sanita
tem reuocet peccator. Legimus quoq; in Euāgelio
uenire solitos ad Ioannē Baptistā Iudæos, ut bap
tizarentur cōfiteres peccata sua. Id quod annotauit
Basilius de institutione monachorū dicēs / pctōres
olim sua peccata apud sanctos solitos confiteri . Si
ergo confitebantur Iudæi Ioāni/aut palam/ aut oc
culte. Si palam oībus audientibus, num fornicatio/
nes/num furta, num sacrilegia, num cedes occultas
fatebantur? Si aut hęc non fatebantur quidem, sed
peccatores et præuaricatores promiscue se esse dice
bant/ nulla facta speciali pctōrū mentione, quæ cō
fessio ea fuisset? Et tñ dicit eos sua peccata solitos
confiteri. Hoc ergo constituto, intelligimus et eui
denti coniectura percipimus / non primū tunc cœ
pisse ritum confitendi apud Iudæos, sed fuisse etiā
ante illud tempus. Nō enī est uerisimile, uoluisse
tunc/hunc ritum inchoare iudæos, sed sicut moris
olim esset sacerdotibus sua peccata cōfiteri/ sic Ioā
ni quem sacerdotem et uirum sanctissimū eē puta
rent/ crimina et errata sua fatebantur . Colligo igit
tur multo etiam ante Christi aduentum confessio
nem apud sacerdotem fuisse. et Apostolos eā fuisse
secutos, et populos docuisse. Hinc est q; Dionysius
Areopagites et ipse Apostolorū discipulus, clarissi

me meminit huius confessionis, quod testimoniū omnem imperitorū audaciā deberet rerundere nisi præcipientes in asserendo, pertinaces in defendendo essent, ea quæ præcipitanter statuissent. Demophilum igitur reprehendit Dionysius in Epistola ad eundem, quod cum esset Monachus non sacerdos, non recte procedenti coram se peccatori, quasi sacerdos esset, astirisset, et ueluti impiū reiecisset. Tum sacerdotem miserabilem appellasset, qui postea eundem peccatorem confitentem audiuisset, eumque a peccatis absoluisset. His uerbis. Tu uero ut tuæ litteræ indicant, procedentem sacerdoti impium (ut ais) atque peccatorem, nescio quo pacto, contra disciplinæ ordinem astans, calce abiecisti, cum ille quidem uerecunde quod opporreret, fateretur se ad peccatorum remedia quærenda uenisse. Neque exhorruisti in super et sacerdotem optimum lacerare conuitis, miserabilem eū dicens, qui penitentem et impium iustificasset. Hac ille. Ex quibus intelligimus, peccatorē se eo tempore sacerdoti obrulisse, ut facta confessione delictorum, ab eo iustificareretur id est absolueretur, et ex iniusto iustus per remissionē fieret. Intelligimus peccatorem a sacerdote, remedia delictorum quæsisse. Quæ omnia destruunt multa dogmata Luteranorum. Qui neque sacerdotibus confitendi morē uolunt uerustum esse. Neque a solis sacerdotibus peccatorum esse absolutionem quærendam. Vnū quenque peccata audire et remittere posse. Ecce Dioi

ADVERSVS LVTERANOS.

nyfius ait Demophilum, cum non esset sacerdos / contra ordinem, contra institutionem, peccatori astitisse, eumque reiecisse. Intelligimus tunc ordinem et institutum fuisse, ut soli sacerdotes facerent remissionem peccatorum, et delinquentes ad eos tanquam ad medicos recurrerent. Et is ordo, hæc institutio erat tempore Apostolorum, ut eos id instituisse aut institutum in ueteri lege retinuisse consentaneum sit. Venio nunc ad ea commemoranda quæ habentur in historia, quæ dicitur tripartita / quam conscripsere tres uiri Græci tempore Theodosii iunioris / qui regnauit anno Domini quadringentesimo quinquagesimo, quo in loco primum dicitur hunc confitendi ritum esse peruerustum. Vt inde facillime intelligamus / ut si eo tempore eēt hæc institutio uetusta, cōsequi ut multis retro temporibus fuerit reperta. Dicentur autē esse uetusta hoc tempore, quæ iam quadringentis aut quingentis uel etiam pluribus annis effluerint. Sic et quæ tempore eorum scriptorum id est Theodosii tempore erant uetusta / necessario quadringentis aut quingentis retro annis fuerant inuenta. Ergo a tempore Apostolorum usque, fuerat ritus cōfitendi clam ipsi sacerdoti institutus; Sed iam ipsum scriptorem audiamus, Ex libro nono, capite trigesimo nono. Quoniam autem omnino non peccare, diuinum / et ultra humanam naturam esse cognoscitur / peccantibus autem et pœni-

tentiam agentibus/ueniam Deus præcepit, qui uero
 confiteri refugiunt/maius onus acquirunt. pro
 preterea uisum est antiquis Pontificibus/ ut uelut in
 Theatro sub testimonio Ecclesiastici populi / deli
 cta pandantur. Et ob hanc causam, presbyterû bo
 ne conuersationis / seruantesq; secreta / ac sapiêrem
 uirum statuerunt / ad quem accedentes hi qui delin
 quebant / delicta propria fatebantur. At ille secun
 dum uniuscuiusq; culpam, indicebat et multam.
 Quod etiam hætenus diligenter in occidentibus
 seruatur Ecclesiis / maxime Romæ, ubi est certus lo
 ces pœnitentium. Hæc ille / ut alia complura eodem
 capite. Docet primum antiquos Pontifices / presby
 teros optimos ac sapientes / & qui peccata non effun
 derent / constituisse / qui aliorum crimina audirent
 et sapienter cuiq; delictorum pœnam imponerent.
 Nec moueamur qd dicat / Ut in Theatro totius
 populi delicta pandantur, Non enim ad confessio
 nem sed pœnitentiam hoc spectat / quam publi
 ce faciebant delinquentes. Sed confessio fiebat
 occulte cum sacerdote. Arque ideo dicit eligi
 solitos presbyteros / qui secreta seruarent. Quor
 sum enim hoc spectaret / si confessio publica fuisset?
 Erat ergo secreta confessio: sed manifesta pœniten
 tia. Aut spectantibus omnibus / ad sacerdotem acce
 debant / ibiq; secreto confitebantur / sicut fit hodie.
 Omnibus ergo spectantibus confitebantur / ut om
 nibus surripiedi sese a rã salubri instituto / auferret

ADVERSVS ALVTERANOS.

occasio. Confitebantur ergo ut pœna delictorum a
 sacerdote imponeretur. Atq; id abunde declarat ne
 cessariam esse apud sacerdotes confessionem, ut ab
 eodẽ possit peccãtibus pœnitentia præscribi. Quis
 aut̃ potest multam statuere, nisi norit peccata? Deli
 cta igitur cognoscat necesse est, si pœnitentia ab eo
 imponenda est. Quis aut̃ hoc debeat facere, nisi sa
 cerdos? Quis enim uere potest hanc sibi pœnam in
 dicere, nisi delicta cognoscat? Fortasse sapientes, At
 uulgares et mulierculæ? Quid q̃ perpauci admo
 dum sua delicta cognoscunt? Et in statuenda pœ
 na, quisq; in se foret clementior? Atq; hoc est quod
 ait Cyprianus necesse esse ut sacerdoti cõfiteamur,
 ut satisfiat et remittatur scelus per ipsum, his uer
 bis. Confiteantur singuli quæso uos fratres, deli
 ctum suum, dum adhuc qui deliquit in saculo est,
 dum admitti confessio eius potest, dum satisfactio
 et remissio facta per sacerdotes apud dominũ gra
 ta est. Ecce satisfactio et remissio per sacerdotes;
 quam solam docet esse Deo gratam. Hortaturque
 ad hanc, tanquam nostrę salutis necessariam, et si ne
 qua, decedere ex hac uita non debeamus. Pœni
 tentia uero, quę solebat reis imponi, ut ipse scriptor
 declarat/erat. Dum enim sacra celebratio fuerit ad
 implera, illi communionem non p̃cipientes, cū ge
 mitu et lamētatione seip̃os in terra prosternũt. Et
 paulopost. At illi afflictionibus sponte uacãtes, aut
 ieiuniis aut abstinentia lauacri/aut suspensione cibor̃

Satisfactio

aut rebus aliis / quæ iubentur / expectant commune
 tempus, quod decreuit Episcopus. Hæc ille. Atq;
 ira ad cõmunionem postea admittebatur. Vt ergo
 delicta cognosceret sacerdos / et secũdum eorũ qua-
 litatem imponeret pœnam, institutum fuerat, ut il-
 li, omnes sua peccata confiterentur. Quod etiam in
 ueteri lege fiebat, in delictis grauioribus. Cuncq; is
 autor de confessione et penitẽtia multa dixisset, po-
 stea subdit. Hæc ergo antiquitus Romani Pontifi-
 ces usq; ad nostrum conseruauere tempus. Doce-
 mur ergo antiquissimam esse hanc legem, quæ erat
 uetus anno Domini quadringentesimo, paulo
 plus, quando scribebat historiã is autor. Atq; ideo
 grauissime, et in ruinam populi Christiani peccauit
 Erasmus et alii quidam, qui et nouum dixere hoc
 institutum, et in contumeliam, rete pecuniarum ip-
 sum uocarunt / auerteruntq; multos et a cõfessione
 suorum delictorũ / et penitentia. Qui tametsi alias
 forrasse nõ mali sunt, hic tamen, eos non possumus
 non execrari ac detestari / non tam q; contra digni-
 tatem Christianæ religionis peccauerunt, q̃ q; con-
 tra ueritatem / ea prædicantes / quæ omnino essent
 falsa. Et ex qua prædicatione nullum emolumẽtũ
 sibi / ceteris autem exitiale detrimentum compara-
 rent. Detestantur hi fraterculos, q; de lana caprina
 roties disputent / at ipsi de eo roties disputarunt / ro-
 ties auribus mortalium id ingesserunt, quod nõ so-
 lum nullam haberet dignitatem, sed qd̃ esset etiam

rete pecuniarum

ADVERSVS LVTERANOS:

pestilentissimū. Quod per totū orbē Christianum facile cognitū est. Detestantur presbyteros, & pessimis exemplis populum perturbent Christianū, ac ipsi id doctrina fecerunt, quod illi facerent ex ēplis. Desyderant alios mores, modestiā et bonitatē christianā toties absentē deplorāt, ac nō autores ipsi fuerunt, ut si quæ superessent reliquiæ pietatis, aut penitus apud eos conciderint, aut remanserint quidē, sed adeo derurpatæ et conuulsæ, ut nihil prope inter sit, si uel penitus corruissent? Hæc illi utinam uiderissent, ne tam suo ingenio et laudi cū malo populi Christiani, fauerent. Sed reuertor unde digressus sum. Docet autē idem scriptor, quo modo apud grecos sublatum sit hoc institutū, quod non est hoc loco necessariū meminisse. Addit demū. Et ex illo tempore antiquitatis consuetudo sublata ē, dum ut arbitror minora peccata præ pudore confessionis et subtilitate examinantiū patrantur. Audis quid pronunciet, illorum damnans furorē, qui sanctum antiquitatis institutū abstulissent? Minora inquit, prius peccata patrabantur, propter cōfessionē. Græcum autē nomen *ὀλιγώτερα*, uel *ἡπιοτα* significat etiam pauciora. Minus ergo prius peccabatur. Quod et hoc tempore est facillime cognitum, cum sublata apud nōnullas gentes confessione, omnibus sceleribus aditus patefactus est. Hoc eorum beneficium, qui mores populi Christiani corrigebāt. Quis uero nō intelligit, ita sublatum hoc antiquissimum christia

norum tunc institutum apud græcos, quemadmo-
 dum et processum spiritus sancti ex filio negabāt,
 et suum patriarcham Romano Pontifici præfere-
 bant, et eorum sacerdotes, more iudæorum ducūt
 uxorē? Nō ergo defendit istos huius instituti euer-
 sores, q̄ apud græcos ipsum non reperiāt. Fuit sed
 sublatum est. Quāq̄ ipsum reperierint, ut hodie Ve-
 nentis sacerdoti uidemus eos sua crimina confiteri.
 Age uero ex Origene ostēdamus, eius etiā tempo-
 re fuisse hanc confessionem, ac tunc nihil mouebit
 nos dictū Chrylostomi, qui multo Origene poste-
 rior floruit. Is ergo super Leuiticū, cap. secūdo do-
 cet Christiano minime esse desperandū, q̄ cum tor-
 haberent iudæi sacrificia, q̄bus se a pctis expiarēt,
 nullū hmōi habeat populus Christianus. Esse. n. in
 Euangelio et remissiones peccatorū. Vnāq̄ earū eē
 confessionem apud sacerdotē. Eius uerba hæc sūt.
 Non tñ desperes, audito quanta in lege sint sacrifi-
 cia pro peccatis. Audi quantæ sunt remissiones in
 Euangelio. prima est in baptismo. Secunda in mar-
 tyrio. Tertia per Eleemosynā. Quarta, cum fratri-
 bus remittimus. Quinta cum cōuertimus peccato-
 rem ab errore uiæ suæ. Sexta per abundantia chari-
 tatis. Septima per pœnitentiam duram et laborio-
 sam cum peccator lauat lachrymis lectum suum, et
 fiunt ei panes die ac nocte. Nec erubescit sacerdoti
 domini, peccatum suum confiteri, et medicinam
 querere. Hæc Origenes. Citatque restem huius

Modi remissionis.

ADVERSVS LVTERANOS.

extremæ remissionis, psaltem. Dixi confitebor ad
 uersum me &c. Et sancti Iacobi. Siquis infirmatur
 uocet presbyteros Ecclesiæ. Colligit ergo cõfessio-
 nem ex dictis Apostolorum/et ex ueteri lege. Col-
 ligit uero Origenes. Vides ergo confessionẽ tẽpore
 origenis fuisse? Audis illud? Non erubescit sacerdoti
 Domini peccatum suũ confiteri. Nõ dicit Deo/
 sed eius sacerdoti. Neq; coram multitudine, Quid
 enim stultius et periculosius? Hanc remissionem uo-
 cat duram atque asperam, Fiebat enim quemad-
 modum docuit historia tripartita, atq; hanc innuit
 Origenes. Quam uult etiã Apostolos præcepisse,
 dum citat testimonium Iacobi. Quanta igitur fuit
 quorundam Germanorum fallacia/qui persuadere
 Christianis conati sunt/hoc esse nouum institutũ,
 et a sacerdotibus lucri causa repertum? O barbaricã
 inauditamq; crudelitatem. His mendaciis destrue-
 re religionem conati sunt? Potest igitur dici quicq;
 expressius et euidentius? Atq; hoc loco nõ cõfessio
 publica ut clarum est/intelligitur/ sed ea quæ fit in
 aurẽ. de qua historia loquitur tripartita. Quoniãq;
 id a ueteribus fuerat institutum, confirmatũ et ap-
 probatum inde est ab Apostolis/ut Origeni placet.
 Ideo Cyprianus et ipse Latinorum scriptorum ue-
 rustissimus, innuit clarissime multis in locis eam cõ-
 fitendi consuetudinem. Sed præcipue lib. iiii. Episto-
 la decima septima. Vbi monet ut si qui lapsi eẽnt, et
 idolatræ effecti/ sed postea delicti eos pœniteret, et
ob id

ob id rursus urgerentur ad martyrium, aut alio
 genere infirmitatis detinerentur, non expectandum
 esse ipsum Episcopum, sed quilibet presbyter, uel
 etiam diaconus audiret confessionem. Eius uerba
 hæc sunt: Occurrendum puto fratribus nostris, ut
 qui libellos a martyribus acceperunt, si incommo-
 do aliquo, et infirmitatis periculo occupati fuerint,
 non expectent præsentiam nostram, quin apud præ-
 sbyterum quemque præsentem, uel si præbyter reper-
 tus non fuerit, et urgere exitus cœperit apud diaco-
 num quoque exomologesin facere delicti sui possit.
 ut manu eis in penitentiam imposita ueniât ad do-
 minum cum pace, quâ dari martyres litteris ad nos
 factis desiderauerunt. Sic Cyprianus. Audistis exo-
 mologesin, quæ confessio latine dicitur. Eaque apud
 sacerdotem et adeo necessariam, ut si non ad sit maior
 sacerdos, cuius intererat audire, propter necessitatē
 audiatur a minoribus, ut nulla rōne sine ea, ex hac
 uita recedatur, quæ admodum fit hodie apud opti-
 mos Christianos? Idem sermone de lapsis ait. Quâ-
 uis nullo sacrificii aut libelli facinore cōstricti sunt,
 tamen, quoniã uel cogitauerunt, hoc ipsum dolen-
 ter et simpliciter apud sacerdotes Dei cōfiteantur.
 Exomologesin conscientia suæ faciant, animi sui
 pondus exponant: salutarem medelam paruis licet
 uulneribus exquirant. Et alia his similia scribit de
 hac re. Ecce non nouum est institutum, ut plerique ca-
 lumniantur, neque ad questum excogitatum. Neque

ADVERSVS LVTERANOS.

enim si qui improbi sacerdotes, aliquas corruptelas ad sanctissimas leges adiúxerunt, ipsarum ea culpa dicenda est, sed improború illorum, ut lex sincera remaneat, corruptelæ amoueantur ac uituperétur. Et magis quid innumerabilius prope mortalibus utilitatis attrulerit confessio considerandum, quàm quomodo eam pauci aliquot scelerati sacerdotes deprauarunt. Nam et alia sanctiora instituta sunt ab improbis aliquo modo dehonestata. An non hostia ueneno infecta, quidam necari sunt? Ergo et sacra communio propter hanc improbitatem tollenda est? Dico igitur confessionem apud sacerdotem, diuinam esse et uetustissimam institutionem, et quam Origenes putet Apostolos præcepisse, quæ fuerit etiam in ueteri lege. Quam diuus Petrus præcepit Dionysius Areopagites demonstrarit. Quam sancti patres necessariam in hac uita et crediderint et prædicarint. Ut esset per eam remissio cunctorum delictorum, Ut misericordiam promeremur, et indicta a sacerdote pœnitentia peccata lueremus. Neque enim fieri potest, ut si secreto apud Deum confiteamur, uel nostra peccata penitus cognoscamus, uel meritas pœnas nobis imponamus. Raroque hac ratione conuerteremur ad dominum, nisi miraculose ut aiunt ab eo prouocaremur, et aliquis Angelorum astaret, qui et confiteri nos iuberet, et qua utendum pœna commostraret. Intelligimus ergo omnem hanc Luteranam pestem

ex duabus causis esse natam, arrogantia et imperitia. Quae duae pestes simul coniunctae eos ad ad omne facinus/omnem stultam assertionem/ adegerunt. Nunc ad tertium, quod instituimus accedamus/ contenti haec pauca de confessione attulisse. Damnant isti grauissimi homines religionisque christianae uindices, qui tanquam e caelo lapsi ad eam liberandam uideri uolunt, uti rem impiam quae in templis/ habeantur imagines, eoque omnes Christianos, idolatros fieri contendunt. Plurimosque esse dicunt qui non Deum, sed ipsa mera ac nuda simulacra uenerentur et colant. Tollendas igitur ut ab imperiis inuectas/ et Christianis idolatriae et superstitionis causas. Idque iam multis etiam persuaferunt. Quis enim non adducatur ut credat, si uera essent, quae praedicant illi? Sed falsa sunt, et a malis et arrogantibus, imperitisque hominibus dicuntur. Dicitur ab his, qui haec et alia maiora in religione christiana damnauerunt. Qui nihil se peccare existimant/ in quacunque partem, linguam conuersant. Primum igitur est falsum, quoniam imagines ipsas adorare. Nemoque tam rudis tam uecors est, qui in eo peccet. Luteranorum est haec calumnia, qui falsis accusationibus et Christianam pietatem/ et ipsos Christianos non cessant incessere. Dico etiam non fuisse ab imperiis inuentum, ut Christi et diuorum uultus, ac res gestae pictura de

Imagines

ADVERSVS LVTERANOS.

scriberentur. Sed inuentum a ueteribus, uiris sanctissimis pariterq; doctissimis / examinarumque bonum an malum esset / et comprobatum potius esse bonum q̄ malum. Diuinosque patres illos, omnes hasce calumnias / et uidisse et confutasse, demonstrasseque non esse imagines Christianorum, sicut idola gentium, aperteq; inter utrunque distinxisse. Age ipsa testimonia proponamus. Primumq; ostendamus, non Luteranorum primam fuisse hanc audaciam, ut auferrent imagines / sed plerosq; alios, tale facinus ausos fuisse / et ut reuerarios et errantes a scriptoribus fuisse damnatos. Paulus ergo diaconus / historiae Christianae conscriptor / haec de Leone imperatore scribit. Per idem tempus, Leo Augustus / ad peiora progressus est / ita ut compelleret omnes Constantinopolim habitantes / tam ui q̄ blandimentis / ut deponerent imagines ubique, tam Saluatoris / q̄ eius genitricis et omnium sanctorum, easq; in medio ciuitatis incendio concremari fecit. Et quia plerique e populo, tale scelus fieri prepediebant / aliquanti ex eis capite truncati, alii parte corporis multati sunt. Huius errori Germanus patriarcha non consentiens, a propria sede depulsus est, et eius loco Anastasius presbyter ordinatus est. Haec Paulus Diaconus. Paulo uero superius scripserat. Hac tempestate, Leo imperator apud Constantinopolim / sanctorum imagines depositas incendit / Romanoque pontifici similia facere, si im

perialem gratiam habere uellet / mandauit . Sed pontifex hoc facere contempsit . Omnes quoque Rauennæ exercitus uel Veneriarum / talibus iussis uno animo resisterunt . Et nisi eos pontifex prohibuisset / imperatorem super se constituere aggressi fuissent . Hæc ille . Ex quibus clarum est , Luteranos , ueteres errores qui sopiti ab optimis uiris fuissent / suscitasse . Agnoscimus quoque / quod pessimus is error iudicaretur / cui fere totus orbis resistebat . Quem pontifices / quem exercitus / quem plebei execrabantur . Ob quem prius trucidari / in exilium deportari plerique maluerunt / quam eum suscipere . Is ipse scriptor quibus uerbis ipsum detestatur / uidimus Eam igitur Luterani / et suis in ueteris glorient / quod omnium hæreseon colluuiem non inuenerint ipsi , sed sub inferorum tenebris sepultam , in lucem extraxerint . Si ergo ea tempestate , Imperator , impius ob eam rem ab omnibus Christianus iudicatus est , ut in eius locum , alium sufficere conarentur , quid de his dicemus / quorum est aperta impietas / qui religioni bellum indixisse noiscuntur ? Quos euertere mundum desiderasse palam est . Nunc ex ipsis sanctis synodis testimonia petamus , quæ et eos qui tollerent sacras imagines , uelut errantes damnauerunt , et huius religionis ritum rationibus confirmarunt . Docueruntque cur imagines esse permitterentur . Primum Ichmarus Remensis differens de imaginibus cap. xx. ait tempore Caroli , in Galliis concilium

ADVERSVS LVTERANOS.

fuisse celebratam solum de ueneratione imaginum, Ibi que fuisse diffinitum, ut haberi imagines in templis permittentur. Neque enim eo tempore hoc genus hæreticorum, ac furor beluarum ex ultima barbarie profectatum defuit, Ex quorum lulentis fontibus, suas hæreses hausisse Luterum, est clarissimum. Lege uero Petrum cognomento uenerabilem, Abbatem Cluniacensem, cui cum sæuissimis, brutissimisque hæreticis fuit bellum. Qui crucem non modo non adorandam censebant, sed conspuendam etiam et comburendam, quippe que Redemptorem nostrum suspensum tenuerit. Hi et inanes esse preces pro defunctis asseriebant. Ieiunia et castitatem penitus tollebat. Eucharistiam reiciebant, Aliisque pessimis opinionibus, hæresis eorum constabat. Fuerunt autem iam prope quadringentis annis elapsis. Quorum errores refellit acutissime Abbas ille Cluniacensis. Progressa uero ea pestis fuerat ex interiore Germania. Vnde et Luterus: et Ioannes Vnsler, et Vuicles, atque alia prodigia. Hæc autem ex Latinis Græcos nunc uideamus. Est liber qui inscribitur dogmatica panoplia, in quo omnes hæreses confutantur, ibi præter alia est titulus *κατὰ τῶν εἰκονομάχων*. Hoc est contra oppugnantes imagines. De qua re hæc adhibentur ex antonibus, ad cōprobationem. *προσκυνεῖς μὲν τῆς εἰκόνος, ὁ χριστὸς προσκυνεῖται, ἔστιν ὁμοίωσις. ἢ ἄρα ἢ ὑποδεξαμένη τῆς ὁμοίωσιν, ὕλην. ἢ ὡς περ ἐπὶ τῷ κατὰ τὴν διαγράφετι τῶν ὁμοιωτῶν, τὸ προσώπων τῶ*

βλέποντος αὐτό, καὶ μένει τῆς ὕλης κεχωρισμένης, καὶ θελήσει τις
 ἀσπασάσθαι τὴν ἐμφαινομένην ἰδίαν εἰκόνα, τῇ μὲν ὕλῃ προ-
 σέφει, τὴν εἰκόνα περιεπτύξαιτο, καὶ μετασάντος αὐτὸς συναπέσσει
 καὶ τὸ ἰνδαλμα, διὰ τὸ κεχωριστά τῆς ὅλης τῆς κατ' ὄψιν, τὸν
 αὐτὸν τρόπον, ὃ τὴν εἰκόνα τῆς σωτῆρος ἢ τῆς θεομήτορος, ἢ
 τινὸς τῶν ἁγίων ἀσπασάμενος, εἴ καὶ προσφύεται τῇ ὅλῃ, τὴν
 εἰκόνα, καὶ ὃ τὴν ἕλην ἀσπάζεται, καὶ ἀφανισθέντος τῆς ἐκτυπώ-
 ματος, ἐφ' ᾧ ἡ προσκύνσις, ἔμεινα ἀπροσκύντος ἢ ὕλη, μηδὲν τῆ
 κοινωνοῦσα τῷ ὁμοιώματι. Hoc est. Christus adoratur,
 cum eius adoratur imago, cuius ipsa ē similitudo,
 non adoratur materia quę recipit imaginē. Ac quę
 admodum solet in speculis fieri, ut inuentis repræ-
 senterur imago, maneatq; a speculi materia separa-
 ta, ac si uellet quis imaginē amplecti/materiae adhe-
 reret, imaginem cōprehenderet, ac recedente ipso,
 auolarer imago, eo quia materia speculi ē separata, eo
 dem modo, qui Saluatoris, aut genetricis Dei, aut
 alicuius sanctorum amplectitur imaginem, hæret
 quidem materiae, uerum imaginē/nō materiā uene-
 ratur. Nam sublata ex ligno imagine, ipsum lignū
 non adoramus, cui cum imagine nulla est commu-
 nicatio. Hęc ibi. Nonne igitur aperte refellitur Lu-
 teranorum calumnia? Nonne responsum est eorum
 falsis accusationibus? Docuit euidentissimo exem-
 plo, nos non ipsam materiam adorare, sed imagi-
 nem, ut Dei imago est. Nam sublata imagine, ca-
 ret lignum omni ueneratione. Rursum ibidem
 dicitur. Ταῦτ' ἱερὰς εἰκόνας ἀνασπάζμεν, ἵνα ταύτας

ADVERSVS LVTERANOS.

ὀρῶντες, δι' αὐτῶν δοκῶμεν ὀρᾶν τὰ τρίτων ἀρχέτυπα, ἢ γίνου-
 ται ἡμῖν ὑπομνήματα ἢ παρηγορία τῶν πόθεν, τῶν πρὸς τὰ τρί-
 των πρωτότυπα. Hoc est. Sacras imagines erigimus
 ut eas uidentes, eos uidere uideamur, qui per eas re-
 præsententur. Suntq; monumenta quædam, et con-
 solationes eius desiderii quo desideramus uidere
 Deum, et sanctos. Et paulo post. ὅσον συνεχῶς αἱ εἰκό-
 νες ὀρῶνται, τοσούτον οἱ ταύτας ὀρῶντες διανίστανται πρὸς τῆν
 τῶν ἀρχτύπων μνήμην, ἢ ἐπιπόθησιν. Hoc est. Quanto
 crebrius imagines uidentur, tanto magis, qui eas in-
 tuentur, ad recordationem et desiderium excitantur
 eorum, qui per eas representantur. Rursum ibidem
 docemur quomodo imagines adorandæ sint. ἡμεῖς
 ἐν πνεύματι ἢ ἀληθείᾳ, λατρεῖα, τῆ μακαρίᾳ τριάδι παρὰ τῶν
 ὁρθῶν ὁξῶν ἀπὸνέμεται, ταῖς δὲ ἀγίαις εἰκόσιν, ἢ λατρεῖα πάντως,
 ἀλλὰ προσκύνησις ἢ ἀσπασμός, ἢ τιμὴ. Hoc est. Ea qui
 dem adoratio, quæ fit in spiritu et ueritate, soli san-
 ctæ trinitati a fidelibus exhibetur. Sanctis aut̄ ima-
 ginibus, non cultum, sed uenerationem et honorē
 exhibemus. Et paulo post. ἔχῳς θεῶς, τὰς εἰκόνας
 προσκυνῶμεν, ἔδὲ τὰς ἐλπίδας τῆς σωτηρίας ἐν αὐταῖς ἔχο-
 μεν, ἔδὲ τὸ θεῖον σέβας ἀπὸνέμομεν, ταῦτα γὰρ οἱ Ἕλληνες, ἀλλὰ
 μόνον τὴν σχέσιν, καὶ τὴν ἀγάπην τῆς ἡμῶν ψυχῆς, ἢ ἐχόμεν
 πρὸς τὰ πρωτότυπα διὰ τῆς τοιούτης προσκυνήσεως ἐμφα-
 νίζομεν, ὅθεν τὸ χαρακτηριστικὸν λατρείας, ὡς ξύλον, τὴν πόθεν
 εἰκόνα κατὰχρῶμεν. Hoc est. Non tanquam Deos ima-
 gines adoramus, neque in ipsis speramus, neque
 diuinam uenerationem eis exhibemus. Hoc enim

Cultus dei,
 sanctis honor

gentiles faciebant, sed solum animi nostri affectum ac dispositionem quam erga res repræsentatas habemus, exprimimus. Quapropter ipsa figura delera, lignum in quo prius erat imago, comburimus. Hæc ibi. Ex quibus facile omnis Luteranorum calumnia diluitur. Nullus est fraudibus eorum, locus. Occurritur eorum maledictis. Falsæ accusationes deteguntur. Sed audiamus etiã Ioannẽ Damascenum, quid his maledictis respondeat. ἔπειθ' ἡμεῖς ἡμῖν κατὰ μέφοντα προσκυνῶμεν καὶ τιμῶσι τὴν τε τῶ σωτῆρος, καὶ τῆς δεσποίνης ἡμῶν εἰκόνα, ἔτι δὲ καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων. καὶ δεραπόντων αὐτῶ, ἀκδέτωσαι ὡς ἐξ ἀρχῆς ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον κατὰ οἰκείαν εἰκόνα ἐποίησε, τινὸς γὰρ ἔνεκεν, ἀλλήλας προσκυνῶμεν, εἰ μὴ ὡς κατὰ εἰκόνα θεὸς πεποίημένω, ὡς φησὶν ὁ θεοφόρος, καὶ πολὺς τὰ θεῖα βασίλειος, ἡ τῆς εἰκόνοσ εἰς τὸ πρῶτότυπον διαβρίνει, καὶ ὁ μωσαϊκοσ δὲ λαοσ, τῆσ κηνῆ κύκλωθεν προσεκύει, εἰκόνα καὶ τύπον φερόση τῶν ἐπεδρανίων, μάλλον δὲ τῆσ ὅλησ κτίσεωσ. idest. Quoniam nonnulli nos accusant, quod Saluatoris nostri ac reginæ et reliquorum sanctorum ac seruatorum eius imaginem adoremus audiant a principio Deũ ad imaginem propriam hominẽ fecisse. Nã quam ob rem nos inuicem adoramus nisi quia ad imaginem Dei facti sumus? sicut ait diuinus, rerumque diuinarũ plenus Basilius. Honor qui exhibetur imagini ad ipsum exemplar recurrit. Et populus Mosaisicus tabernaculum per circuitum adorabat, quod typum et imaginẽ ferebat rerum cœlestium, immo

ADVERSUS LUTERANOS.

uero totius creaturæ. Et paulo infra. Ἐπειδὴ δὲ ὁ πᾶν
 τις ἴσασι γράμματα, ὁ δὲ τῆ ἀγαγνώσει σχολάζουσιν, οἱ πατέρες
 σύνειδον ὡς περ τινασ ἀριείας, ἂν εἰκόσι ταῦτα γράφεται πρὸς
 ὑπόμνησιν συντομον. ἀμέλει πολλά τῆσ μὴ κῆτα νῦν ἔχοντες
 τὸ τὸ κυρίῃ πάθος, τὴν εἰκόνα τὸ χριστὸ ἑσαυρωμένην ὁρῶντες,
 καὶ τὸ σωτήρος πάθος εἰς ὑπόμνησιν ἐλθόντες πεσόντες, προσκυ
 νῶμεν, ὃ τῆ ὕλη, ἀλλὰ τὸ εἰκονίζομένω, ὡς περ ὃ τῆ ὕλη τὸ
 εὐαγγελίῃ, ὁ δὲ τῆ τὸ σαυρὸ ὕλη προσκυνῶμεν, ἀλλὰ τὸ ἐκτυπῶ
 ματι. ὡσαύτως καὶ ἐπὶ τῆσ θεομήτορος. ἡ γὰρ εἰς αὐτῆν Τιμῆ,
 εἰς τὸν ἐξ αὐτῆσ σαρκωθέντα ἀνάγεται. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἁγίων
 ἀνδραγαθήματα εἰκονίζομεν, ἑπαλείφοντα ἡμῆσ, πρὸς ἀνδρείου
 καὶ ζήλον, καὶ μίμησιν τῆσ αὐτῶν ἀρετῆσ καὶ δόξαν θεῶ. εἰς δὲ
 ἀγραφος παρὰ ὁσοισ. Hoc est. Quoniam non oēs sciūt
 litteras, nec lectionibus incumbunt, decreuerunt pa
 rres, ut egregia sanctorum facta ad memoriam sub
 compendio depicta redigerētur. Itaq; persæpe fit,
 ut non cogitantes Saluatoris passionem, eam re
 uocemus ad memoriam, imagine crucifixi con
 specta. Genuque flexo adoramus, non ipsam ma
 teriam, sed eum qui depictus est. Ut enim non
 materiam Euangelii, ita neque materiam crucis
 adoramus, sed ipsam effigiem. Quemadmodum
 et Dei matrem, non enim in eam, sed in eius fia
 lium refertur ueneratio. Eadem ratione præcla
 ras res gestas sanctorum depingimus, quia nos
 incendunt ad uirtutem, inflammantque zelo, ut
 eorum uirtutes uelimus imitari, Ex quo et Deum

glorificamus. Est autem traditio non scripta. Sic
 Damascenus, Observare igitur hoc loco opere prei-
 cium est, quod ait traditionem esse ut imagines Dei et
 sanctorum depingantur, ut ab Apostolis sit tradi-
 tum, et per succedentia sæcula fuerit observa-
 tum. Ex quo et tempore Lactantii, Terrullia-
 ni, Cypriani, Augustini, et Ambrosii imagi-
 nes Diuorum in templis pingebantur. Nam præ-
 ter illud quod legimus in uita beati Syluestri
 Papæ de imaginibus Apostolorum, quod fors-
 tasse deriderent more suo Luterani, est consi-
 mile exemplum, in uita beatorum Geruasii, uel
 ut aiunt quidam Oribasii et Prothasii, quam
 fidelissime conscripsit beatus Ambrosius; Quo
 loco scribens diuinus ille uir, de ratione, qua
 reuelata fuissent ei beatorum Martyrum corpo-
 ra, docet sibi noctu quendam astinisse in hunc
 modum. Tertia uero nocte defecto ieiuniis cor-
 pore, non dormienti, sed stupenti, cum qua-
 dam mihi tertia persona apparuerunt, quæ si-
 milis esse beato Paulo Apostolo uidebatur, cuius
 me mulrum pictura docuerat. et quæ sequun-
 tur. Ecce pingebantur tempore Diui Ambrosii
 imagines, et idolatriæ loco res non habebatur. Et
 beatus Apostolus ea specie uoluit apparere, qua
 esset in templis depictus, ut intelligas non repudia-
 tam ab illo tanquã flagitiosam, corporis ac uultus

ADVERSVS LVTERANOS.


sui picturam. Eusebius quoque refert statuam ad
 similitudinem uultus Iesu olim formatam, usque
 ad sua tempora perdurasse. Et sua tempestate Salua
 toris et Apostolorum Petri et Pauli imagines solis
 ras effingi, et tabulas depingi, hoc de Historia eccle
 siastica lib. vii. cap. xiiii. Sed et antiquas eorū imagi
 nes a quibusdam cōseruatas se uidisse perhibet. Nihil
 mirum ergo stulti sunt tum Luterani, tum alii qui
 dam, qui nolunt imagines haberi, ne simus idola
 tre. Quid enim hoc ineptius? Quid falsius? Sed au
 dite quomodo idola gentium, et sanctas imagines
 ipsi iidem parres ab inuicem distinxerint, τῶν μὲν
 βδέλυκτῶν εἰδώλων τὰ πρῶτότυπα ψευδῆ. Θεοὶ μὲς ὀνομα
 ζόμενα, δαίμονες δὲ ὄντες. τῶν δὲ σεπτῶν εἰκόνων ἀληθῆ τὰ ἀρ
 χέτυπα. τῆς μὲν γὰρ ὁ Χριστὸς κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, τῆς δὲ ἡ
 θεοτόκος. καὶ τῶν ἄλλων εἰκόνων, οἱ ταύτας ἐπιφημιζόμενοι ἅγιοι
 διὸ καὶ εἰκόνες, ὡς ὁμοιώματα, ἐκεῖνα δὲ παντάπασιν ἀνοίκεια,
 ὧν εἶναι λέγονται, καὶ ἀμέθεκτα. ποῖον γὰρ τὸ μὴ ὄντος εἶδω
 λον. εἶδωλα οὖν ὡς εἰδόμενα ὄλλεν, καὶ διαρραῖσεν τῶν τιμῶν τῶν
 αὐτῶν. καὶ τὰ μὲν εἶδωλα, ὄλαι μόνον, αἱ δὲ εἰκόνες, ὄλαι μὲν καὶ
 αὐταὶ. ἡγιασμένοι δὲ τοῖς ἐντετυπωμένοις ὁμοιώμασι τῶν ἁγίων
 Hoc est. Execranda idola, nihil habent quod re
 præsentent, et quod repræsentrant, falsum est. Ap
 pellantur enim Diuicum Dæmones sint. Sacrarum
 autem imaginum uera sunt archetypa. Alia enim
 Christum secundum humanitatem, Alia Dei
 genitricem refert. Sic et cæteræ diuorum ima
 gines, Ideo imagines, sunt quasi quædam

similitudines. Idola uero omnino eorū propria nō sunt / quorum esse dicuntur. Quę igitur similitudo eius rei esse potest, quę nō sit? Idola igitur ut nomē interpretemur / dicuntur quasi εἰδὸς τὰ ἄλλα, .i. ad perdendos alios exposita / qui ea uenerentur. Atq; idola quidem / solū materia sunt / imagines autē / materia quidē et ipsa / sed sanctificata diuorum effigies / quę impressa est. Huc usq; ille. Nouimus ergo nō eisdē esse sanctorum imagines / et idola gentium / ut Lutherani calumniantur . Ecce diuini patres docuere nos / quid impiis istis hæreticis respondere debeamus . Sic tandem intelligimus / omnes Lutheranorum hæreses, esse ueteres aliorum hæreses . Hisque semper aliquos optimos uiros aut synodos respondisse . Imperitis autem, et qui eorum tantum scripta perlegunt, oracula fundere uidentur. eosque rerum nouarum putant reperiatores. Ob id eorum ingenium admirantur, sed tantum displicent bonis et eruditis ingeniis, quātum placuere plebeiis et uulgaribus.

IOANNES BAPTISTA PHAEL
 LVS BONONIENSIS BONONIAE
 IMPRESSIT. ANNO
 DOMINI. M. D.
 XXX. MENSE
 MAIO.

ERRATA SIC CORRIGITO.

dignissimis	car. 13. uer. 11	fecissent	36	52
deest deber	14	& græcæ	37	1
permittentes	17	incolumis	47	11
principes	18	toti	47	19
audiebant	18	id pro ideo	47	29
imprudentem	22	propriis	48	18
deest q̄	31	labefactarit	51	29
aperire	31	Deum	51	52
deest audire	31	uniuersum	52	23
ωε τρω	32	naturam	52	46
oporteat p̄ debeat	33	nullam	54	33
repulsam	34	ducta	56	24
eis	34	conuitiis	69	17
blasphematos	32	locus	70	12




52
1
11
19
29
18
29
52
22
46
33
24
17
12




Justin
Wah
Lama
na
cala
30


INDEX DE CORRIGENDIS


1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	31	32	33	34	35	36	37	38	39	40	41	42	43	44	45	46	47	48	49	50	51	52	53	54	55	56	57	58	59	60	61	62	63	64	65	66	67	68	69	70	71	72	73	74	75	76	77	78	79	80	81	82	83	84	85	86	87	88	89	90	91	92	93	94	95	96	97	98	99	100
---	---	---	---	---	---	---	---	---	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	-----



N
non
ocul
h









Steucli

Diversa Editione

1708

S

ST